Bibljoteka Sejmu Śląskiego
3688 I
Nie wypożycza się

3688
I
500.000,-
Biblioteka Śląska
V
X-4872
3688 I

21.

# LEGES SCHOLA-RUM VRATIS-laviensium renovatæ:

&

*MANDATO*

MAGNIFICI, NOBILIS-SIMI ET INCLUTI SENATUS:

*conſignatæ & conſcriptæ:*

â

M. THOMA SAGITTARIO, earundem Rectore & Inſpectore.

VRATISLAVIÆ,

Imprimebat GEORGIUS BAUMANN. A. 1617.

3688
I
Gsellius Berlin 18.VII.34
cena 6.50 Rmk.



WJR Rathmanne der Stadt Breſslaw/ ꝛc. Entbieten allen vñ jeden/ vnſern Bürgern/ Einwohnern/ Vnterthanen vnd Männiglich/ ſo ſich allhier auffenthelt/ vnſern Gruß/ vnd alles Gutes/ vnd thun hiermit kundt. Demnach wir vns wol zu beſcheiden/ daß zu Beförderung der Ehre Gottes/ auch zu Nutz/ Wolſtandt vnd auffnehmen gemeinen Vaterlandes/ an fleiſſiger Aufferziehung der lieben Jugendt/ vnd alſo an Chriſtlichen wol angerichteten Schulen/ viel vnd hoch gelegen/ Vnd aber biß anhero allerhandt Mangel vnd Vnordnung dißfals mit einſchleichen/ vnd geſpüret werden wollen/ So haben wir denen Edlen/ Geſtrengen/ Ehrwürdigen/ Ehrenveſten/ Achtbaren vnd Hochgelahrten/ vnſerer Schulen Præſi-

dibus vnd Inſpectoribus befohlen vnd auffer=
leget/daß ſie ingeſambt die vorhin vorfaſſete
vnd publicirte Ordnungen vberſehen / vnd
was etwa dabey / dieſer Zeiten gelegenheit
nach/zuerinnern/zuvormehren/ oder zuvor=
beſſern ſein möchte / in nottürfftige Beraht=
ſchlagung ziehen ſolten/ Wann ſie dann nu=
mehr ſolches alſo zu Wercke gerichtet / vnd
darauff vnſers Gymnaſii jtziger zeit verord=
neter Rector, vnd der andern Schulen Inſpe-
ctor, die Leges Scholaſticas vernewert/vnd biß
auff vnſere Confirmation etwas ausführli=
cher zuſammen getragen / So haben wir
vns/zuſambt vnſern Stadt Schöppen/ die=
ſelben nach fleiſſiger vorleſung vnnd erwe=
gung allerdings wol gefallen laſſen/ Zweif=
feln auch nicht / do dieſem allem in künfftig
ſo wol von dem Præceptorn als Diſcipuln, je=
dem theil an ſeinen Ort /mit ſchüldigem fleiß
vnd gehorſam nachgelebet werden wird/
Es ſolle dadurch / nechſt Göttlicher gnedi=

ger

ger Vorleihung / viel Nutz vnd Guttes geſchafft werden.

Thun derowegen ſolche anderweits abgefaſſete vnd vernewerte Leges hiermit in krafft dieſes öffentlich publicirn, beſtetigen vnd bekrefftigen / Mit ernſtlichem befehl / daß ſich nun hinfůro jederman / ſo dieſen vnſern Schulen verwandt vnd zugethan / oder auch künfftig verwandt vnd zugethan werden wird / inſonderheit aber die ſtudirende Jugend / einheimiſch vnd frembde / vnd in sum̃a alle die / ſo ſich dieſer Schulen vor ſich oder die jrigen gebrauchen wollen / nicht weniger publicè als privatim, darnach eigentlich richten / vnd in keinerley weiſe noch wege dawider handeln ſollen. Zu Vhrkundt vnd männigliches wiſſenſchafft haben wir dieſelbe allhier aufflegen / vnd drucken laſſen / Geſchehen vnnd gegeben Breſslaw am Montag nach Trinitatis im Tauſendt ſechshundert vnd ſiebzehenden Jahre.

VIRIS
# MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS,
& Prudentiſsimis, Illuſtris Ducatus VRATISLAVIENSIS
Præfecto, & Senatus
Præſidi,

Cæterisq; SENATORIBUS,
Patronis meis
magnis

*S. & Off.*

*Nu-*

*NVmina cœlorum cum fundamenta locarent,*
*orbibus & LEGES appoſuere ſuas.*
*Hinc Sol Zodiaci certo ſub tramite currit,*
*obſervantq; ſuum ſidera fixa locum.*
*Qvo vos ô PROCERES, quo vos jam nomine dicam?*
*In promtu eſt. Dicam Numina Vos PROCERES.*
*Sic vos Gymnaſio præbetis lumina, & amplas*
*veſtro præſidio fertis ad aſtra Scholas,*
*dum LEGES animis ſtudiisq; apponitis æquas,*
*& curſus, certo ceu duce, dirigitis.*
*Hinc qui pura docent fixo ſub tramite currunt,*
*hinc & qui diſcunt, quod tueantur, habent.*
*INCERTAS INCERTA FERUNT DISPENDIA MENTES,*
*INVOLVUNTq; ANIMOS SEDITIONE NOVOS.*

Sic

*Sic ô ſic, PROCERES, hæc phrontiſteria vultu*
*præſenti, & vivis LEGUM animate typis.*
*Effundent ſeſe Sophies per compita Muſæ,*
*in triviisq́; canent, quod didicere, melos:*
*Hinc ſibi ſpirantes capiet Reſpublica flores,*
*hinc ſibi ſuggeſtum fulcra parata petet.*
*Quod voveo ex animo. DEUS ô tu vota ſecunda,*
*& da ſollicitas pondus habere preces.*

V. V. A. A. & M. M.

addictiſsimus

Sagittarius.

*GY-*

GYMNASIUM ITA LEGIbus undiqvaq; circumcludere, & omnimodò informare, ut nullibi impingatur, nullibi peccetur, id verò Numinis alicujus potiùs eſſe videtur, quàm hominis, inprimis hiſce moribus & temporibus, ubi ſeditioſa illa Pandora, voluptatem puto, & effrenis Φιλαυτία rerum potitur, & juvenes non amplius τὸ λογικὸν, aut Rationis dictamen ſequuntur, ſed potius κατὰ πάθος viventes, vitiis & deliciis hujus mundi ſeſe totos mancipant. Hinc ipſe Lutherus, at quantus vir! hoc onus tanquam viribus ſuis impar, in ſe ſuſcipere noluit. Sic enim ſcribit Part. 1. fol. 237. *Sed ſupra vires meas eſt, quod petis, ut Gymnaſii Chriſtiani formam unus præſcribam, multorum conſilia & judicia poſtulat hæc res, &c.* Quicquid tamen ſit, tentandum eſt aliquid; inprimis cum prævios habeamus laudatiſſimos Viri Clariſſimi, & Laborioſiſſimi Dn. M. PETRI VINCENTII, quondam & harum Scholarum

A Re-

*Rectoris meritiſſimi (cujus memoria eſt in pace & benedictione) labores, qui & ipſe mandato* Magnifici & Incluti hujus VRATISLAVIAE Senatûs, *pro eo, quod tum erat, tempore, Gymnaſio Scholisq́ leges præſcripſit, quæ & ab eodem* Senatu *publicè confirmatæ ſunt & promulgatæ anno M. D. LXX. Tentandum, inquam, eſt aliquid, &, ſi non ad prima eaq́ perfecta conſurgere poterimus & aſpirare; honeſtum erit & hîc in ſecundis aut tertiis ſubſiſtere & conſiſtere. Ad rem ergo.*

*In GYMNASIO ſemel conſtituto, inpoſterum rectè etiam conſervando, requiro tum DIVINUM PRÆSIDIUM, tum HUMANUM AUXILIUM, OFFICIUMq́.*

*DIVINUM PRÆSIDIUM; & ut Bona concedat largiter, & ut Mala avertat clementer.*

*BONA CONCEDENTUR, ſi DEUS magiſtratum dederit, qui Muſarum fautor ſit, & ut loquitur Eſaias 49. v. 23. nutritius: Si Præſides Scholarum largiatur, qui omnia, quæ Gymnaſium concernunt, accuratè perquirant, & omnium ſalutem à ſuâ pendere exiſtiment: Si Præceptores donis ad informandam juventutem neceſſariis ipſe inſtituat, & quaſi induat: Si*

*diſci.*

*diſcipulis felix ingenium, & ,ut loquitur Salomon Sap. 8. v.19. animam bonam, & obtemperandi voluntatem promtam cœlitùs inſtillet, vel etiam infundat.*

*MALA AVERTENTVR; ſi peſtes & aliorum morborum contagia reprimat, & Stygiam illam Tiſiphonem maturè ad Tartara ſua detrudat: Si docentes diu ſalvos & incolumes conſervet, & frequentes collegarum mutationes inhibeat. Quantum enim calamitatis & cladis ex hoc fonte in Scholas redundet, dici vix poteſt; & ſi quæ alia velut fulmina Scholarum incolumitatem & tranquillitatem impugnant, ſæpè etiam expugnant.*

*Vnde ut illa CONCEDANTVR, hæc verò à DEO AVERTANTVR, ad PRECES ſemper confugiendum eſt, & à DEO principium faciendum, inq; DEO tandem deſinendum, juxta illa:*

Ἀρχὴν ἁπάντων καὶ τέλος ποίει θεόν.
**Mit Gott fang es nur redlich an/**
**So wird dein Werck ein fortgang han.**
Χωρὶς θεοῖο οὐδὲν εὐτυχεῖ βροτοῖς.

*Hoc etiam vult Jacobus cap.1.v.5. Si quis veſtrum indiget ſapientiâ, poſtulet à DEO, qui dat omnibus affluenter. Et hîc ergò*

*--ſit in omnibus omnia CHRISTVS.*

*Quod primum.*

*II.* HVMANVM *AVXILIVM* OFFICIVM*q́ʒ reſpicit* PERSONAS *&* LOCVM.

*PERSONÆ ſunt tum* REGENTES, *tùm* RECTÆ. REGENTES: *tum* OMNIMODO ET PLENARIE, ATQ́Ʒ JVRE PROPRIO, *tum* EX PARTE ET JVRE COMMVNICATO.

OMNIMODO; SENATVS. *Jn hoc longè plura, quam vel Marſias crediderit, ad Gymnaſii Scholarumq́ʒ incrementum, ſita ſunt momenta. Sicut enim pluviæ ſi creſcentibus arbuſculis denegentur, in ipſis herbis intermoriuntur illæ, aut cum*

*proluit inſano contorquens vortice ſylvas*
*fluviorum Rex Eridanus, camposq́ʒ per omnes*
*cum ſtabulis armenta rapit,*

*tum ipſæ vel immundâ illuvie obruuntur, vel ipſis æquoribus aut Oceano etiam ſubmerguntur: Sic & ingenia, quamvis aliàs nec infeſto nec infauſto Genio ad optima nata, vel incuriâ Magiſtratûs in primo ſtudiorum limine, ſuo à propoſito avocantur, & deſperatione quaſi ſuffocantur, vel nimiâ inclementiâ & auſterâ*

*ſterâ tyrannide ad alia, eaq; ſæpè vilia & exilia, ne dicam ſervilia, abjiciuntur, & ad præcipitia adiguntur.*

*-- Medium tenuêre beati.*

*DII tibi digna ferant, BRESLÆ præclare SENA-*
*(TUS,*
*Præmia, qui meritis templa ſcholasq; juvas.*

*Nempè quod ait Poëta:*

*Sint Mecœnates, non deerunt, Flacce, Marones.*

*Senatus verò officia ſunt plurima, etiam quo ad Scholas conſervandas. Sed de hisce in Politicis agam fuſiſsimè. Nunc unum pro noſtris tango. Si Scholarum Vratislavienſium ſalus & incrementum ſibi conſtare debet, & illæſa diu perſiſtere, Scholæ illæ clanculariæ & clandeſtinæ (die WinckelSchulen) vel penitùs amovendæ ſunt & deſtruendæ, vel certè legibus durioribus coërcendæ, & in ordinem redigendæ. In hisce enim infantes & pueri quàm perditè corrumpantur, dici non poteſt, &, ſi quis dubitat, provoco ad experientiam quotidianam, & exempla, quæ ubivis obvia: ut nihil dicam de religione, propter quam ſuſpecti eſſe dicuntur illi Kryptodidaſcali, & quod in viis ipſi non ſint, ac proinde omnes illorum operæ pro-*

 *miſ-*

*miſsione, & ſic etiam benedictione omni careant. Et hujus generis ſunt illi ſcribæ Germanici, qui apud cives quandoq; ſeſe inſinuant, & hoſpitia, quæ bonos Pædagogos alere poterant, & fortè etiam debebant, præripiunt, ignavi ipſi, & non rarò ignari fuci, qui ad hoc mellificium æquè apti ſunt, ac aſinus ad lyram. Conſultum igitur hîc erit, ut iſti homines examini publico ſubjiciantur, inq; illorum vitam, mores, ſtudia diligenter inquiratur, vel potiùs, ut publicâ authoritate vel amoveantur, & tollantur omnes, vel (ſiquidem illis Scholis omninò carere nequeat Reſpub. quod tamen facilè fieri poſſe putarem, inprimis, cum & in noſtris Scholis Germanica tractentur) una & altera Schola ejusmodi confirmetur, certis Scholarum legibus aſtringatur, & diſciplinâ ſeveriore coerceatur.*

*EX PARTE; Scholarchæ, ſeu Scholarum Præſides. Horum perpendenda tùm INSPECTIO, tùm COLLEGARVM aut PRÆCEPTORVM, ſi qui deſunt, SVFFECTIO.*

*INSPECTIO quotidiana eſt & indefinita, vel ſtata & definita.*

*QVOTIDIANA reſpicit tū PERSONAS, tū ÆDES.*

*PERSONAS; quò ad vitam & operas. Vtrasq; enim illi ſedulò excutere debent, & examinare,*

ne for-

*ne forſan Præceptores fiunt deceptores, & quod fortè una manu extruunt, alterâ deſtruant, dum benè quidem docent, ſed malè vivunt, vel contra. Profectò hæc*

*non benè conveniunt, nec in unâ ſede morantur.*

*Vix enim verbis exprimi poteſt, quantum ad utramq; tàm ad malam, quàm bonam partem poſſit*

*-- vita regentis.*

*Nempè, quod inquit Poëta,*

*Regis ad exemplum totus componitur orbis:*

*Æquè & hîc: Vita, ſi mala, eſt latens illud venenum, quod, cum non ſentias, ſeſe imis medullis inſinuaverit, & fibras omnes, præter ſpem metumq; occupaverit. Doctrina verò ſi mala ſit, non tantùm* ἄγνοιαν κατ᾽ ἀπόφασιν, *ſed etiam* κατὰ διάθεσιν *in animis diſcentium relinquet. Sunt enim inſcitiæ, quod ait Scaliger Exerc. 148. ſect. 4. modi duo; aut ubi neſcimus, aut cum pravè ſcimus. Qua de cauſa in utramq; inquirere exactè debent Scholarum Præſides, & in vita, ſi quid mali abſcindere, inprimis ſi quod inter Collegas ſuboriatur fribuſculum, vel etiam divortium. Hoc enim, niſi maturè conſopiatur aut compeſcatur, in magnum ſæpè abit incendium. Ex quo quæcunq; tandem illis conſciis oritur clades, illa unicè hiſce*

*impu-*

*imputanda eſt & aſſcribenda. Nam, quod inquit Seneca in Troad. Act. 2. pag. 122.*

*Qui non vetat peccare, cum poſſit, jubet. In doctrinâ ſi quid pravi aut perverſi, removere, & eâ, quâ pollent autoritate, inhibere, & ſemper ſuos ad diligentiam excitare. Quo in Compendium eſt, non tantùm ſalaria debita maturè & tempeſtivè ſolvere, ſed etiam diligentiorum præ aliis majorem rationem habere, & alloquiis blandis reficere, quandoq; etiam muneribus afficere: Sic enim illi ſuo in ſtudio acriores & alacriores reddentur, alii verò, ſi qui ignariores aut ignaviores, ſuo ut meliùs præſint officio, velut Miltiadis trophæo, incitabuntur.*

*ÆDES: Hæ non tantùm pro cujusq; Reipub. conditione Collegis & laboratoribus Scholarum ex veteri jure & conſuetudine, procurandæ ſunt & ſubminiſtrandæ: verùm etiam, ſi qua neceſſum, reſtaurandæ & reficiendæ; tum, Ne Senatui inde vel damnum, vel dedecus aliquod objiciatur, aut inuratur: tum, ne ipſi poſſeſſores ſuis in calculis perturbentur, & ut, cum*

*– cœlo deſcendit Juppiter udo,*

*ſuos libros & liberos â Iove iſto per ejusmodi tectum illu-*

*illuſtre illabente, ſartos tectosq́; conſervare & aſſervare poſſint.*

*STATA certis & definitis temporibus peragitur, quorſum pertinent inprimis EXAMINA PUBLICA, quæ nec negligi, nec ſeponi ſine magno juventutis detrimento poſſunt, aut debent. In hisce requiritur IPSORUM PRÆSIDUM, tum PRÆSENTIA, tum MUNIFICENTIA.*

*PRÆSENTIA; ut ipſi coràm diſcipulos recitantes, vel etiam perorantes audiant, &, velut Jupiter, illi concilio Deorum ipſi interſint, &, quanti ſtudia faciant, reipsâ declarent. Ex quo fructus tum ad DOCENTES, tum ad DISCENTES dimanat.*

*AD DOCENTES quidem: ut ſi qui diligentiores, illi ſuas operas commendari audiant, & approbari: ſi qui verò negligentiores & remiſſiores, illi hoc velut calcari incitentur, & tacitè ſuo ê veterno exuſcitentur.*

*AD DISCENTES verò; Illi ad ſtudia ſtrenuè pertexenda magis inflammabuntur, ſi hæc à tantis viris magni fieri perſenſerint. Nempè quod nemo laudat quî tandem ab imperitioribus ullo ſtudio quæretur?*

*--Ignoti nulla cupido.*

*Et ſemper --- urget præſentia Turni.*

*MVNIFICENTIA: Vt non tantùm verbis amiciſsimis diſcipulorum diligentiam dilaudent, ſed etiam ſedulis apiculis pro ætate ſtudiorumq́; conditione, ſi nempè SINGVLAREM diſcipulorum diligentiam; & in ſtudiis progreſſus LAVDATIORES advertant & animadvertant, præmia diſtribuant. Etſi enim virtus ſibi merces eſt ſufficientiſsima: tamen neſcio quî fiat, quod hâc in ætate externa illa, & quæ in ſenſus incurrunt, longè magis movent & permovent, quàm illa interna, & quæ à ſenſibus remotiora; & veriſsimum hodie illud:*

*-- Gratis pœnitet eſſe probum.*

*Suo tempore quid uſu fuerit receptum, indicat Horatius 1. Serm. Sat. 1.*

*-- Pueris dant cruſtula blandi*

*Doctores, elementa velint ut diſcere prima.*

*Et quid laudabili de conſuetudine florentiſsimarum aliarum Rerumpub. Conſules & Senatores quotannis, in promotione Claßicorum & Examinibus publicis, hâc in parte inter milites ſuos litterarios dividant, Emblemata anniverſaria, quæ inter manus diſcen-*

tium

*tium verſantur, & alia teſtimonia, manifeſtè docent. Hi enim digniores non tantùm ad ſuperiora promovent, ſed etiam certis, proq́ue eo anno hunc in uſum factis numiſmatibus locupletant. Quod quantum in bonis ingeniis ſit ὁρμητήριον, vix alius, niſi qui expertus, èxpreſſerit.*

*PROMOTIONES de una Claſſe in aliam Collegis committendæ ſunt, utpotè, qui uniuscujusq́ue profectus & progreſſus omnium optimè callere præſumūtur. SUFFECTIO Præceptores in locum abſentium ſurrogandos reſpicit, qui ELIGENDI, & ELECTI INTRODUCENDI.*

*ELIGENDI: hîc QUI, & QUOMODO.*

*QUI: Multa hîc attendenda, ſed brevibus complectar multa. Eligendi QUI POSSUNT ET VOLUNT operas ſcholaſticas perferre.*

*POSSINT: Idonei enim debent eſſe ad docendum illa, ad quæ vocantur. Quod enim inquit Poëta,*

*Quodq́ue parùm novit, nemo docere poteſt:*

*Id vel maximè in Scholis veriſſimum. Si enim ibi, ſicut mus in pice, hæreant, vel etiā audientibus diſcipulis Priſciano alapas inſligant, fieri nō poteſt, quin pceptoris authoritas vileſcat, & ipſi⁹ diſcipuli φιλαυτία & δοξοσοφία im-*

*menſum creſcat, qua ex ſcaturigine, velut turpi mephite, quàm egregii tandem ſubnaſcantur pulluli, ipſa experientia, quæ ſtultorum etiam magiſtra eſt, non ſine bonorum gemitu teſtatur.*

*VELINT: Nec enim ſufficit hîc Poſſe, ſed requiritur etiam VELLE. Sicut enim Muſicæ tacitæ non eſt ullus uſus, quod eſt in Proverbio:*

Τῆς λανθανούσης μουσικῆς οὐδεὶς λόγος:

*Sic & ſapientiæ ſepultæ aut obſcuræ nulla eſt gratia: ſed illa auditoribus communicanda eſt, & ſi fieri poſſit, infundenda. Ignavi ergò ad Gymnaſium noſtrum vel non admittantur, vel ſi admiſſi (quod tamen non ſpero) ſeriò corripiantur & corrigantur, ſi inemendabiles ad Elyſios campos bonâ cum gratiâ dimittantur. Ibi enim licet ociari & feriari, ibi*

*Pars in gramineis exercent membra palæſtris,*
*contendunt ludo, & fulvâ luctantur arenâ:*
*Pars pedibꝰ plaudunt choreas, & carmina dicunt.*

*QVOMODO: Si aliàs noti non ſint, præviis experimentis explorandi ſunt, & velut cribrandi. Ignotis enim planè ſelectiſſimam juventutem committere, eſt lupo ovem, apro hortum, feli aviarium, crabronibus apiarium ſubmittere.*

*ELE-*

*ELECTI INTRODUCENDI*, *idq́; maturè & tempeſtivè. Si enim ullibi, certè hìc etiam parvæ habent incommoda magna moræ. Atq; quod ait ille apud Plautum in Amphitr. Act. 1.*

*Ubi ſummus Imperator non adeſt ad exercitum,*
*Citiùs quod non facto eſt uſus ſit, quàm quod facto opus eſt:*

*Sic etiam, ſi ordinarii Præceptores ſuis in claſsibus non adſint, pleraq;, ne dicam omnia,* ἀτάκτως *fieri deprehendet facilè is, qui vel ſemel* ἀσκητήριον *intraverit, vel etiam ante oſtium nonnihil præſtolatus fuerit. Et quidem introducendi conſuetâ ſolennitate, tum, ut Præceptor debitam ad diligentiam ſeriâ cohortatione excitetur: tum vel maximè, ut diſcipuli ad reverentiam & obœdientiam Præceptori, ut proprio Parenti, præſtandam inflammentur. Sed de hiscè alibi fuſius: Nunc ad propiora, & magis domeſtica.*

*PERSONÆ RECTÆ (quo ad Magiſtratum ſcilicet) ſunt, tum* docentes, *tum* diſcentes.

*DOCENTES, vel* ORDINARIE, *vel* EXTRAORDINARIE.

*ORDINARIE, qui ordinariis muneribus legi-*

*timè præpoſiti ſunt & præfecti. Horum officium eſt & GENERALE & SPECIALE.*

*GENERALE eſt omnium. Et hoc concernit tum VITAM & MORES, tum etiã DOCTRINAM.*

*QVO AD VITAM: Conſideratur hæc ut eſt IN CONVERSATIONE, vel EXTRA EAM.*

*IN CONVERSATIONE, vel CVM COLLEGIS, vel CVM ALIIS.*

*Cum COLLEGIS. Hic I. Omnes ſimultates, odia, invidia etc. pacis et cõcordiæ ſive deſertores, ſive deſtructores omnimodo removeantur, & in corde verè Chriſtiano, amicitia, benevolẽtia, & cõcordia ſeratur nõ tantũ, ſed & quotidiè dictis factisq; alatur & cuſtodiatur. II. Diſputationes odioſæ & temerariæ planè tollantur. III. Si quæ incidũt negocia, de quibus colloquẽdum, placidè id fiat, & cum animi moderatione. Semper enim*

*-- ex bellis bella ſeruntur.*

*CUM ALIIS: iisq; vel ÆQVALBIB⁹ vel INÆQValib⁹. CUM ÆQVALIBUS: Hîc benevolentiâ nihil habeant prius, nihil antiquius, ſed unicè allaborent, ut hosce de ſuâ eruditione, tanquã manifeſtos teſtes ſemper circũferãt. Veriſsimè .n. dictũ: Quo quis doctior, eò humanior. CUM INÆQVALIBUS: & hi vel Superiores, vel Inferiores.*

SV

*SVPERIORES, inprimis Magiſtratus, & Scholarū Præſides. Hic I. omnes & ſinguli Magiſtratui & Præſidibus Scholarū, in licitis & honeſtis, ſine tergiverſatione obtēperent, & corám quà dicta, quà facta, debitā ſubjectionē & devotionē exprimant. Ipſius enim DEI loco ſunt, & qui hosce deſpicit, ipſum DEVM deſpicit.*

*II. Vt in omnibus colloquiis & converſationibus modeſtos & moderatos ſe præſtare & exhibere debent: Sic vel maximè præſentibus ſuperioribus ab omni ſcurrilitate, levitate, & moroſis & odioſis diſputationibus, declamationibus, & debacchationibus abſtineant; probè perpendentes, aliud eſſe ſceptrum, aliud plectrum, & quæ majorem expoſcunt indaginem, non ad convivia, aut quotidianam pertinere converſationem, ſed ad ſeveriora, & ipſius Gymnaſii remittēda & dimittenda eſſe ſubſellia. Paucis: Tempora tempore temperanda ſunt, & illud ex Phocylide accipiendum*

Καιρῷ δουλεύειν, μηδ' ἀντιπνέειν ἀνέμοισι.

*Temporibus ſervi, nec contra flamina flato.*

*III. Si quid fortè referendum, ſepoſito omni animi rancore, bonâ fide referant, & ut pars altera audiatur, ne inhibeant. Multa enim optimè cogitata malè refe-*

*referendo diſtorquentur, & in ſenſum planè alienum ſæpè rapiuntur. Ingenuitas & candor boni animi ſignum eſt præſentiſſimum.*

*INFERIORES, ut plurimùm vel CIVES ſunt, vel DISCIPULI.*

*SI CIVES: Charites cum Muſis conjungant, & ubiq; modeſtam humanitatem, & humanam modeſtiam declarent. Sic enim & ſibi, & ſtudiis majus conciliabunt decus, & qui aliàs ratione eruditionis amantur & magni fiunt, jam etiam ratione modeſtiæ & manſuetudinis magis amabuntur, & magni fient. Paucis, Nemo doctus, niſi qui humanus: quia*

*-- didiciſſe fideliter artes*
*emollit mores, nec ſinit eſſe feros.*

*SI DISCIPULI. I. In conſpectu diſcipulorum nihil agant, quo ſcandalum aliquod juventuti præberi poſſit, inprimis INTER POCULA illis præſentibus, nihil niſi quod graves ac circumſpectos decet viros, meditentur, loquantur, peragant, nec vino aliquid ſive incogitantiæ, vel etiam imprudentiæ concedant aut aſſcribant. Nam, quod ait ille apud Plautum,*

*Nimis vile eſt vinum atq; amor,*
*Si ebrio atq; amanti impune facere, quod lubeat, licet.*

*II.*

*II. Unicè dent operam, ut à diſcipulis, non ut carnifices, aut plagoſi Orbilii, timeantur, ſed ut Parẽtes animitùs amentur, & ſuo merito magni fiant. Quod non minis aut diris execrationibus, vel etiam ſuperbis in miſeros debacchationibus, ſed pietate, & animi moderatione facilè aſſequentur. Nempe, quod ait Poëta,*

*-- ut ameris, amabilis eſto.*

*Et rectè Plinius lib. 8. Epiſt. Malè, inquit, terrore veneratio acquiritur, longeq́ue valentior amor ad obtinendum, quod velis, quam timor.*

*III. Caveant, ne diſcipulis faciant ſe nimis ſodales. Illa enim nimia familiaritas, ut habet vulgare dicterium parit contemptum. Et quod ait Plutarchus:* Δυσφύλακτον ἐν συνηθείᾳ τὸ πρὸς δόξαν σεμνόν.

*IV. Unicè & hoc agant, ut diſcipulorum ſemper habeant rationem, & velut Jani bifrontes in ipſorum vitam factaq́ue, quantum fieri poteſt, ſtudioſè inquirant, & quæ mala vel etiam huic generi indecora, reſecent & averruncent.*

*V. Si qua à parentibus, vel etiam fratribus aut affinibus læſi (ut ſunt humana) ob id diſcipulos odio non habeant, ſed perpendant potiùs illud, Filius non portabit iniquitatẽ Patris, ac proinde nec fratris, nec affinis.*

*VI. Si qua fortè ab uno aut altero diſcipulorum offenſi fuerint, id propter offenſoribus iſtis perpetuò infenſi non ſint. Nam, qui cecidit ſemel, & ſurgere iterum poteſt, neq; Eccleſia claudit gremium ad ſe redeuntibus, & Solem occidentem placabilitate noſtrâ ſemper debemus antevertere.*

*VII. In templo, & aliis congreſsibus ſuâ præſentiâ, gravitate, modeſtiâ, devotione, & generatim, bonis moribus pro loco & tempore condecentibus, exemplo ſint & incitamento junioribus. Nam*

*turpe eſt doctori, cum culpa redarguit ipſum.*

*EXTRA CONVERSATIONEM. I. Domi ſuæ ita vivant, ut nemini ſcandalum præbeant; ſed; quod ait apud Plautum Pinacium*

*-- ut per urbem cum ambulant,*

*Omnibus os obturent, ne quis meritò maledicat ſibi.*

*II. De abſentibus omnibus, inprimis Collegis, optimè ſentiant & loquantur, nec alter alterum κυκλωπικῶς traducat, aut partem, quam putat ſibi contrariam, nondum auditam, cenſoriâ velut virgulâ condemnet, ſed ſuperiores audiat, ad quos totum hoc devolvendum eſt negocium.*

*QVO AD DOCTRINAM: Hîc attendendum, tum QVALES ipſi ſint, tū QVALITER doceant.*

QVA-

*QVALES IPSI SINT:* I. *Sint veræ & ſinceræ religioni, quam Eccleſiæ noſtræ profitentur & confitẽtur, & prout ſcriptis Propheticis & Apoſtolicis, tribus Symbolis, Confeſſione Auguſtanâ, ut Imperatori Carolo V. anno xxx. Auguſtæ Vindelicorum exhibita, Eiusq́; Apologiâ, &* D. D *Lutheri & Philippi Melãchthonis ſcriptis, cum S. Scriptura conſonantibus, continetur & comprehẽditur, mente intimâ addictiſsimi.*

II. *In ſtudiis Philoſophicis, artes & diſciplinas puras & ſinceras, & ex optimis autoribus hauſtas, prius quam alios doceant, ipſi teneant: & quæ rationibus ſtabiliuntur firmis, defendant, opiniones verò prodigioſas, fanaticas, & ſæpè etiam deliras, nec foveant, nec protegant, multò minus propagent.*

*QVALITER* DOCEANT. *Hîc perpendendũ,* QVÆ PROPONANT, & QVO MODO.

*QVÆ.* I. *Omnem ſuam operã eò conferant, ut* χρήσιμα *& utilia pueris ſive diſcentibus, doceant dicatq́;. Quod fiet ſi ſtudia pietatis, morũ, linguarum, eloquẽtiæ & ſapientiæ ſeu eruditionis, eâ quâ poſſunt & debẽt fide, gnaviter & graviter urſerint, & lectiones ſemel approbatas, & ſecundũ annorũ triũ ſeriẽ pro captu diſcẽtiũ jã ordinatas ꝑtexuerint, q́vis ꝓ ſuo talẽto. Quod qcũq;*

*benè ſepoſuerit, ſi non hîc, in cœlis tamen ab ipſo DEO copioſam mercedem reportaverit.*

*II. Nec utilia tantùm, ſed & neceſſaria ſuis proponant: quæ dimetienda tùm PRO CAPTV AVDITORVM, tùm etiam PRO VSV VITÆ SVBSEQVENTIS.*

*PRO CAPTV AVDITORVM: Præceptores non pro ſuo cerebro ſubtilia meditentur & ſublimia, ſed prius ingenia ſuorum, ut & profectum excutiant, an illa velut vaſa oris anguſtioris capere poſſint. Quod ſi non: præſtat infima inculcare, quam in ſuperioribus crucem figere, aut diſcentibus pontem aſinorum ſtruere & exſtruere.*

*PRO VSV VITÆ. Stultus enim ſit, neceſſe eſt, qui non inſpecto cujusq; ſtudiorum fine, alia quærit & conquirit media. Hæc enim non à ſe ſed à fine dependent. Finis enim dat mediis menſuram, quod ajunt Philoſophi. Ergo & pro illo media à Præceptoribus ordinanda ſunt, & diſcentibus ſuggerenda; & notum eſt illud: Pueris ea diſcenda, quibus olim ſenes uti poſſint: nec ſemper emendum, quod opus, ſed quod neceſſe eſt.*

*QVOMODO; Hîc tum ANIMUS DOCENTIS,*

*TIS, tùm METHODUS ejusdem perpendenda.*

*Quo ad ANIMUM DOCENTIS: Doceat FIDELITER & SEDULO.*

*FIDELITER: Quæcunq; novit ex re & uſu diſcentium eſſe, illa ſine fuco aut confictis dolis proponat, ſibiq́; impensè gratuletur, ſi ſuâ ope & operâ ſuos benè in ſtudiis procedere animadvertat. Eſt enim ingenii infidi & invidi ſi illud σκότισον σκότισον Heracliti accerſat, omnia tenebris involvat, præq; invidiâ abſcondat, aut terminis minùs uſitatis, quaſi involucris nequitiæ, tegat. Hîc diſcentes non tantùm in ſtudiorum progreſſu ultra tempus impediuntur: ſed & non rarò diſcendorum difficultate, & nimiis Labyrinthis ad diffidentiam & dolendam defectionem adiguntur. Quo nomine I. Jlla quæ propoſituri ſunt in Scholis (ſiquidem id lectio requirat) domi prius (ut loquimur) concipiant, & in chartam conjiciant, ne in conſpectu diſcipulorum hæſitare, & quicquid in buccam venerit, ne nihil dicant, ejicere, aut exſpuere veriùs cogantur.*

*II. Et alios autores, qui de illâ materiâ ſcripſerunt, non negligant, ſed domi diligenter pervolvant, & inde, quod utile, ſuum in ſuccum pro ſuis convertant. Plus*

 *enim*

*enim vident oculi, quàm oculus, & ſua etiam dona diverſimodè DEVS diſtribuit, neq; unus ad omnia ſatis eſt Lynceus.*

*SEDVLO: Hoc enim tùm officium ipſorum requirit, tùm ipſa diſcipulorum indigentia, quæ cogit etiam, ut ſanis præceptis illis ſuccurratur. Quod utrumq; velut muro plus quàm aheneo circumdat ipſe IEHOVA: Maledictus qui facit officium ſuum negligenter, vel etiam fraudulenter. Hinc ergò*

*I. Juſto & definito tempore ſuas opellas inchoent.*

*II. Opellas haſce nec colloquiis extraordinariis, nec novis fortè narrandis interrumpant: Sed ſi quid ſive monendum, ſive etiam, quod alicuius uſus, indicãdum; moneantur & indicẽtur horâ lectionis finitâ, vel etiam alio tempore, quo non occinitur: Hoc age.*

*III. Ipſos diſcipulos obſervent accuratè, illosq; ut, quæ annotanda, notẽt, ſeriò adhortẽtur, immò ſeverè cogant. Nec .n. ſcamnis aut parietib⁹ cõcionamur, ſed diſcipulis, quib⁹ & hîc vigilãtib⁹ jura & cõmoda meritò ſubveniẽt.*

*Quo ad METHODUM: RECTE & TEMPESTIVE.*

*RECTE. Hîc I. Quæcunq; diſcipulis inculcaverint, vera, certa, ex indubitatis principiis, qualiter quævis diſciplina permittit, deducta ſint. Falſa enim, quod*

*rectè*

*rectè inquit Scaliger, depravant intellectum: & quorſum opus illa diſcere primis juventutis annis pueros, quæ viri facti dediſcere poſtmodum cogantur?*

*II. Hæc quæ vera & certa* ORDINE *ſuis proponant.*

ORDINE *enim nihil vel in animo, vel in opere ſapientis admirabilius eſt. Vnde & hunc tantoperè ſectatur natura, ut ſine eo nihil vel meditata ſit, vel effecerit, quod ex Ariſtotele inquit idem Scaliger. Nec malè veteres:*

*Ordine pervenies, quo non licet ire labore;*
*Ordine fac diſcas, mox benè doctus eris.*

*III. Idq; non tantùm in ipſis artibus proponendis attendant, ſed & in ſingulis artium particulis. Si enim & hîc membra malè cohæſerint, facilè perturbabitur mens diſcentis. Ex confuſione enim nil niſi perturbatio. Nempè,*

*Confuſam confuſa parit confuſio mentem.*

TEMPESTIVE: Hîc *I. Ingenia diſcentium noſcant & dignoſcant.*

*II. Cognita ſæpè explorent, an illa, quæ quotidiè inculcantur, probè teneant.*

*III. Quod ſi tenent, in illis, lucelli fortè causâ, non detineant, ſed ad majora ſtudia, & ſuperiora ſubſellia*

*bona*

*bona cum pace, immò & cum ἐπισημασίᾳ dimittant.*

*Et hactenus fuit ordinariè docentium officium generale.*

*SPECIALE eſt tum RECTORIS, tum COETERORUM COLLEGARUM.*

*RECTORIS ſpectat tum PROFESSIONEM, tum RECTIONEM.*

*PROFESSIO concernit doctrinam, quæ ſana ſit & verbo divino, ut & principiis immotis & indubitatis conformis. Horridas enim & horrendas opiniones fovere & ſpargere, non eſt ingenii ad Eccleſiæ, Reiq́; publicæ emolumentum nati, ſed αἶεν ἀριστεύειν καὶ ἐπιπολάζειν cupientis, & hominis, quod objicit Ciceroni Saluſtius, qui aliud ſtans, aliud ſedens, ut ille de Repub. ſic hîc de re litterariâ, ſentit. Sed de hâc ſatis ſuprà.*

*RECTIO concernit INSPECTIONEM & DISCIPLINAM.*

*INSPECTIO eſt planè generalis, inprimis tamen directa tùm ad COLLEGAS, tùm ad ipſum GYMNASII ÆDIFICIUM.*

AD

*AD COLLEGAS tum Gymnaſii Eliſabethani, tum Scholarum cæterarum.*

# HIC IN GENERE.

*I. Suos Collegas Rector tractet humaniter, & ut loquuntur, collegialiter.*

*II. Si quis, quod conqueratur, habeat, illum benignè audiat, & quo poteſt conſilio, ſive etiam auxilio, lætum dimittat.*

*III. Jn omnium lectiones inquirat, immò illas omnibus præſcribat.*

*IV. Det operam, ne quid in ſemel benè ordinatis innovetur, nullos etiam authores novos, quicunq; tandem illi ſint, ſine conſenſu Senatûs & Præſidum introduci patiatur.*

*V. Si quos (quod tamen DEVS avertat) Si quos tamen vel in vitâ, vel in moribus, vel in diſciplinâ delinquere animadverterit, primo ſolus cum ſolo amicè loquatur, & quantum poteſt, ad mentem ſaniorem, viamq; commodiorem revocet.*

*VI. Si obtemperat, eſt quod ſibi gratuletur: ſi verò eſt refractarius, rectâ ipſum ad Præſides, vel etiam ad*

*Senatum, ſi negocii gravitas expoſtulat, deferat. Hîc & illi Rectori ſuo præſidio & auxilio futuri ſunt & præſentiſsimo & fortiſsimo.*

*VII. Si quid fribusculi aut litigii inter Collegas ſuboriatur, id maturè & velut in cineribus opprimatur conſopiaturq́ʒ.*

*VIII. Si qua Gymnaſium aut Scholæ cæteræ morte aut diſceßu unius aut alterius Collegæ lacunas aut vacunas acceperint, maturè qui dignè iterum præfici poſſint, circumſpiciat, illosq́ʒ Senatui & Præſidibus nominet, commendetq́ʒ, qui & hîc, quàm cupidè Scholarum ſalutem quærant, deſiderentq́ʒ, ipſo facto oſtendent.*

*XI. Si quæ ad Senatum, ut typis mandentur, transmiſsa fuerint, de illis ſcripto liberè Senatui ſententiam ſuam declaret. Qui & poſtmodùm quid facto opus, facilè invenerit & expedierit.*

# IN SPECIE.

*Quo ad COLLEGAS Gymnaſii Eliſabethani.*

*I. Frequenter lectiones ipſorum excutiat.*

*II. Quid rerum ſuis in claßibus, inprimis inferioribus, agant, accuratè obſervet.*

*III.*

*III. Quomodo diſcipulos ſuos tractent regantq́;, inſpiciat.*

*IV. Immorigeros diſcipulos ſuâ in præſentiâ verbis, vel etiam verberibus (moderatè tamen) emendari, vel etiam caſtigari jubeat.*

*Quo ad COLLEGAS Scholarum cæterarum.*

*I. Singulis Septimanis illorum operas inviſitet.*

*II. Si quid correctione dignum invenerit, ibidem etiam corrigat, ſi poteſt: ſi non; ad Senatum aut Præſiſides hoc devolvat.*

*III. Ibi Ludimoderatores, Collegas, Synergos & Hypodidaſcalos ad diligentiam, vitæq́; honeſtatem crebrò adhortetur.*

*IV. Et ſummatim: Omnia quæ boni Inſpectoris & Directoris officia ſunt & munia ſedulò exequatur.*

*DISCIPLINA, nō ſit nimis laxa, neq; nimis ſtricta.*

*Nempè & hîc -- medium tenuêre beati.*

*Morigeri, & quorum*

*de meliore luto finxit præcordia Titan,*

*verbis ſe regi haut inviti patientur: Si qui verò immorigeri, ſive Mævii, ſive Nævii, illi per Collegas, virgis aut baculis dedolabūtur, vel etiā carceri ad diem*

*unum, aut etiam plures, pro delicti conditione, & atrocitate mancipabuntur, vel etiam hoſpitiis, & aliis commodis privabuntur, & è Gymnaſio ad extremos Indos ablegabuntur & relegabuntur. Nec enim, qui prudentes, Gymnaſium ex diſcipulorum multitudine, ſed eorundem pietate, eruditione, modeſtiâ, & bonitate æſtimabunt. Admittemus multos, ſed & amabimus paucos, modò boni illi fuerint, & ſeſe legibus attemperaverint.*

*AD IPSUM GYMNASIUM.* Oeconomum, Calefactorem & Chorales, qui Gymnaſium inhabitant, de ſuo officio, quod infrà aſcribetur, ſeriò & ſeverè admoneat, & ne quod damnum ædibus inferatur, graviter hortetur. Quod ſi illi obſtinatiores fuerint, ſuoq́ officio non ſuâ ſponte ſatisfecerint, & imperium Rectoris, quod tamen πατρικὸν, detrectaverint, ipſe capita, quæ ſunt heteroclita, in ordinem redigat, aut Senatus & Præſidum opem imploret, qui tum illos vel vi, ut quæ officii ſunt ſui, exequantur, coget, vel commodis omnibus exuet, & alios diligentiores, magisq́ idoneos ſubſtituet. Quo in quid ſibi videatur, quosq́ aliis præferendos exiſtimet Rector, Dominis ſuis gratioſis aperiet.

Et

*Et hæc de Officio Rectoris ſpeciali.*

*COETERORUM COLLEGARUM officium ſpeciale eſt.*

*I. Rectori, quam coràm, Magiſtratui promiſerunt, obſervantiam & obedientiam debitā præſtent, ipſumq́; ut Ducem venerentur, benè & paternè monenti pareant, ſine eius voluntate nunquam in horis deputatis abſint, nec quicquam innovent aut ſuſcipiant, & ſtudiosè faciant omnia, quæ legitimè ad Scholarum incrementa vergere ipſi deprehendent.*

*II. Omnes & ſinguli finitâ lectione in abſentes inquirant. Quem in uſum Catalogi conficientur, qui publicè legentur, ut qui adſint, qui abſint, liquidò conſtare poßit.*

*III. Si nec tum licet admoniti, comparuerint diſcipuli, mittantur, qui hoc nomine adſunt, fidemq́; ſuam promiſerunt, ad hoſpites, vel etiam parentes, & abſentiæ cauſa quæ ſit, exploretur. Quæ ſi frigida, vel etiam nulla, inpoſterum intrare compellantur.*

*IV. Quod ſi neq́; ſic emendari poterunt, Rectori indicentur. Is ejusmodi obvertet media, quibus vel ad lectiones audiendas adigi, vel hoſpitiis privari, & è Gymnaſio planè ejici poßint. Eſt enim hoc noſtrum*

*Gymnaſium apidrium, quo in mellificiũ gratũ DEO, Magiſtratui acceptum, Eccleſiæ Reiq́; publicæ fructuoſum facere apiculæ noſtræ debent. Fucos ergo ignavum pecus abhinc planè faceſſere & exulare jubemus.*

*V. Materiam exercitiorum tàm in proſâ, quàm ligatâ oratione, maturè aſſcribi jubeant, vel potius ipſi clara voce dictent. Hìc enim diſcipuli de elegantiâ phraſium, & aliis commodè moneri poſſunt, poteſtq́; hoc negocium uno horæ quadrante, ab uno peragi, cum in deſcribenda materiâ illâ diſcipuli aliquot horas ſæpè perdant, & vitioſiſſimè ſæpè aſſcripta deſcribant, &, quod rerum caput eſt, mediis in lectionibus hoc ad opus ſe accingant, & ſic laboribus aliis, & Præceptoribus etiam ſubdolè hoc prætextu ſeſe ſubtrahant, ut alia incommoda jam taceam: Quod ipſum tamen in ſuperioribus tantùm adhiberi poterit ordinibus. Inferiores enim cùm nondum benè aut rectè ſcribendi teneant rationem, in tabulâ* Germanica *illis proponenda erunt.*

*VI. Argumenta, quæ vocantur, vel etiam carmina oblata, quivis pro ſuâ functione & ordine diligenter perlegat, quæ corrigenda ipſos diſcipulos, ſi qua poſſunt, corrigere ſinat, & ſemper ut ſtrenuè ſuis in ſtudiis,*

*inpri-*

*inprimis oratoriis & poëticis pergant, paternè quosvis admoneat.*

*VII. Qvi verò inferioribus in ſubſelliis hærent Præceptores, illi captum diſcentium ſemper attendant, & cum pueris ut patres converſentur, illisq́ abblandiantur, ut ſic per jocum, quæ diſcenda, diſcant potiùs, quam minis aut plagis, ne antequam guſtum ſtudiorum perceperint, ab illis planè abſterreantur & deterreantur.*

*VIII. Quod ſi tamen aliquid peccatioli (ut fit) admiſerint, paternè illos, ut pueros, corripiant, ſemperq́ cogitent illud Terentii:*

> *Pro peccato magno (quamvis hoc in hanc ætatulam non facilè cadat) paululùm ſupplicii ſatis eſt patri.*

*IX. Quod ſi & fortè acciderit, ut Collegarum unus aut alter, vel morbo aliquo corripiatur, vel etiam functione ſuâ abeat, tum proximi horas illas inter ſe dividant, & lectiones illas ordinarias peragant. Quo in Rectoris tamen ductum & conſilium, ut & ordinationem ſemper ſequentur.*

*X. Diſcipulos lectiones vel etiam alios autores*

*reci-*

*recitantes accuratiſsimè obſervent, ne ex libris magis prælegant, quàm memoriter recitanda recitent. Quod in genus verſipelle ſi qua inciderint (incident autem facilè, modò inſperatò inter deambulandum ſe verterint, vel etiam recitantes mediam ad arenam produxerint) labores illis duplicent, vel etiam triplicent, quadruplicentq́;, & pro verſibus decem, 20. 30. 40. pro Epiſtolâ unâ duas aut tres memoriæ mandare jubeant.*

*XI. Inter legendum aut repetendum neminem egredi, niſi fortè cogat neceſsitas, aut ſtrepitum aliquem facere, vel ſuſurris alios impedire permittant. Quod ſi hîc aliqui deprehenſi fuerint, illis onus plura ediſcendi, vel etiam carmen, orationem, parodiam conſcribendi aut componendi imponatur.*

*XII. Lectiones, & quæ aliàs proponuntur, frequentiſsimè & urgentiſsimè repetant. Nam, quod aliàs Philoſophus cùm quæreretur, quid in oratione benè recitanda eſset primum? Reſpondit, Actio. Quid ſecundum? Reſp. Actio. Quid tertium? Reſp. Actio, & ſic deinceps; Sic & ego, ſi à me quæreretur, quid in diſciplinarum perceptione primum, quid ſecundum, quid tertium? ſemper reſponderem, Repetitio: Repetitio,*

*in-*

*inquam firmiores & fixiores in mente relinquit radices, cum cætera omnia ſuperficiaria ſint, & citò quod fit, citiſsimè etiam pereat, Paucis,*

*Lectio lecta placet, decies repetita placebit.*

*XIII. Diebus feriatis ſi quæ funera deducenda ſint, juſto tempore, ad quos ſpectat hoc officium, in Schola appareant, ut diſcipulorum petulantiam ſuâ præſentia compeſcant & inhibeant. Deinde in deductionibus funerum, qui ratione officii & ordinis adſunt, diſcipulos obſervent, &, ſi res ſuadeat, ſeverè hortentur, ut modeſtiam, ſilentium, & quæ in hujusmodi congreſsibus bonos adoleſcentes decent, in publico ſuis* εὐεργέταις *& aliis bonis viris, qui hanc petulantiam iniquiſsimo ferunt animo, probent & declarent. Si qui hîc deliquerint publicè, illi niſi reſipuerint, & publicè pœnas luent. Sic certa ſtat ſententia, quod quivis Præceptor ſuis feriò inculcet. Infimus verò cruci, quæ præfertur, proximus ſit, & Chorum quaſi ducat, ne pueruli hîc fortè impingant, aut minus decentes ſe gerant.*

*XIV. Cui ſub concione precum audiendarum partes ſunt demandatæ, is die præcedente duos cuſtodes conſtituat, qui hora ſeptima in Schola adſint, & tumultuantes annotent. Ipſe verò in puncto horæ 8. præſto*

*ſit, & quod ſui eſt officii, gnaviter exequatur.*

*XV. Diebus feſtis, qui preces veſpertinas audire debent, illi hora II. maturè advolent, diſcipulos ad templũ decenter deducant, neq; à deductis ſe ſubtrahant, ſed finẽ earundem in Templo ipſi expectent, ut illos qui minus decorè aut benè ſe gerunt, obſervent, & pòſt ſive verbis ſive verberibus emendent..*

*XVI. Sub Concione omnes (niſi aliis iisq; ordinariis laboribus impediantur) ſua in Templo occupent ſubſellia, & præſentia Diſcipulorum augeant attentionem & induſtriam.*

*XVII. Preces matutinas, λιτανείαν vocant Græci, noſtri* die Litaney/ *illi, quibus hoc peculiariter injunctum fuerit, cum ſuis definito tempore & die & tempeſtivè adeant, audiantq;. Hisce expeditis ad Scholam ſuos iterum deducant.*

*XVIII. Et ſummatim Omnes & ſinguli unicè incumbant, ut Scholarum quarumcunq; alumni ſecundum leges, quæ & illis præſcribentur, ad amuſſim vivant. Si quid neglectum, pro delicti conditione εὐκαίρως καὶ σοφῶς in delinquentes animadvertant, ne conſuetudo in naturam abeat, & tandem etiam, quod vitioſum eſt & malum, pro jure venditetur aut objiciatur.*

*ciatur. Illa enim quæ ſemel invaluere, difficulter tolluntur, ſed potius ſubinde cætera*

*in pejora ruunt, & retro ſublapſa feruntur.*

EXTRAORDINARIE DOCENTES
*docent*
*Tum* PUBLICE, *tum* PRIVATIM.

PUBLICE: *Quibus hoc etiam muneris à* Magiſtratu *eſt demandatum & conceſſum. Et hi unicè etiam allaborare debent, ut ad commodum diſcentium conſpirent unà cum Collegis & Profeſſoribus ordinariis, neq; ſeminent diſcordias, vel etiam proponant* δύσφημα, *aut infrugifera, ſed utilia & neceſſaria diſcentibus.*

PRIVATIM. *Tum* COLLEGÆ, *tum* MAGISTRI & PRÆCEPTORES *alii:* COLLEGÆ: *Etſi horum pleriq;, quod in Scholis agant, abundè habeant, ita ut ſuis in ædibus ab hiſce privatis inſtitutionibus facilè ſive etiam abhorrere, ſive abſtinere poſſent: Quia tamen ſæpè ab aliis Patribus, Cognatis, & Tutoribus ſpeciatim rogantur, ut hoc oneris & muneris in ſeſe recipiant, domeſtica etiam ſæpè ſatis curta ſupellex, & commodiolum vel etiam præmiolum, quod ſolvitur, expoſcere videtur; Idcirco*

*hoc nemini invidemus: At interim hosce privatos labores nolumus eſſe laxamenta diſciplinæ publicæ, vel etiam dehoneſtamenta. Audimus enim non raró mollitie & blandimentis etiam privatis (ut nempè plures alliciantur) hîc pueros corrumpi ſæpè, à publicis exercitiis avocari, & in privatis tum, cum minimè deberent, detineri.* Hîc ergò.

*I. Quicunq; privatim aliquos inſtituere volunt, publicis nihil derogent, ſed ſuos hosce ad lectiones publicas, cuiq; ordini præfixas, dimittant.*

*II. Domi ſuæ ſine graviſſimâ causâ novas lectiones non proponant, ſed in Scholis propoſitas repetant. Sat enim in Scholis habent lectionum, ut illis privatim alias addere velle, ſit currui quintam vel etiam ſeptimam rotam apponere.*

*III. Scripta ſuorum Ipſi non componant, ſed hisce ſuis hoc munus & onus imponant. Quid enim tandem utilitatis perceperit puer, ſi Præceptoris ſui exhibeat argumentum, quod ipſe vix deſcribere potuit? Hîc Præceptores decipiuntur, & diſcipuli, quomodo tandem in linguæ latinæ primordiis procedendum ſit, nunquam addiſcent.*

*MAGISTRI & PRÆCEPTORES alii, qui*

*huc*

*huc cum diſcipulis transmittuntur, neq; tamen Gymnaſii noſtri alumni eſſe cupiunt, quid ſui ſit officii ſcire ipſimet debebant: Sed & hîc non rarò querelas ad Superiores deferri audimus.*

*Hisce ergò & hasce ponimus leges, quas ſi ſervaverint, verè liberi erunt.*

*I. Quidem ſuos diſcipulos in verâ DEI cognitione & pietate etiam privatim inſtituant.*

*II. Suos diſcipulos ad Scholam quam frequentant, ipſi deducant, & inde ad domum reducant.*

*III. Reductos examinent, & in lectionibus, quousq; progreſſi ſunt, diligenter excutiant, propoſita repetant, & à novis lectionibus (niſi forſan cauſæ adſint graviſſimæ) abſtineant.*

*IV. Stylum tamen ſuorum partim Latina quotidiè legendo, partim loquendo, partim vertendo, pro ut fert ætas & captus, frequentiſſimè exerceant, & propoſitis etiam præmiis confirment.*

*V. Si quæ Diſputationes aut Publici Actus in Gymnaſio inſtituuntur, ipſi cum diſcipulis haud gravatim advolent, & ſuâ præſentiâ modeſtiâq; diſcipulis exemplo ſint optimo.*

*VI. In vitâ ita ſeſe gerant, ut nemini ſint offendiculo,*

*omnibus grati & accepti, & in primis ſuum hunc ordinem honeſtiſſimum apud plebem aut alios vitæ turpitudine non conſpurcent aut contaminent, & ubiq; non tantùm boni, ſed etiam pii Præceptoris munia ſubeant & exequantur.*

*ET HÆC DE OFFICIO DOCENTIUM.*

*DISCENTES, qui & ipſi ſunt tum* ORDINARII, *tum EXTRAORDINARII.*

ORDINARII, *qui aliâs alumni appellantur. Et hi conſiderandi in* GENERE *& in* SPECIE.

*IN* GENERE: Natura & Conditio *horum perpendenda &* Officium.

*NATURA: & dum* recipiuntur, *& dum* collocantur.

*DUM RECIPIUNTUR.*

*I. Omnes nomina ſua apud Rectorem profiteantur.*

*II. Ab aliis vel præſentibus coram commendentur, vel teſtimonia à Præceptoribus, Hoſpitibus prioribus, vel etiam commendationes à parentibus aut aliis ſecum adferant. Sic enim futurum ut Præceptores cujusq; vitam ante actam ſtudia & mores melius cognoſcere, & in aliis illis cautius proſpicere poſſint.*

*III. Antequam recipiantur ſtipulatâ manu, inprimis ſi majo-*

*ſi majores ſint, promittant, ſe legibus undiquaq; ſubjicere, & pro viribus etiam ſatisfacere velle.*

*DUM COLLOCANTUR.*

*I. Rector omnium progreſſus & eruditionem probè excutiat.*

*II. Hiſce excuſſis cuivis ſine* προσωποληψίᾳ *locum debitum adſignet.* Nihil enim ſtudiis diſcentium poterit accidere nocentius, qvàm ſi vel ad ſuperiores ordines, qvorum ſublimitatem non capiunt, ingenia promoveantur, vel ſi in inferioribus, qvos tamen excedunt, ultra tempus detineantur.

OFFICIUM RESPICIT ET VITAM ET DOCTRINAM.

*VITAM, vel OMNIUM, vel QVORUNDAM.*

*OMNIUM, vel IN SCHOLA, vel EXTRA ILLAM.*

*IN SCHOLA.*

*I. Ut omnibus in locis, ſic vel maximè in Schola ſint pietatis ſtudioſi, certoq; ſciant, ſine Divini Numinis invocatione, nihil ſe in ſtudiis diligentiâ ſuâ promoturos.*

*II. Ubiq; locorum maximè tamen in Scholâ SENATUI & SCHOLARCHIS obſequentiſſimam ſubjectionem*, Rectori & Præceptoribus *debitam obedientiam & gratitudinem exhibeant, præſtentq;.*

*III.*

*III. Ante Præceptorum adventum diſcipuli horâ conſtitutâ præſto adſint omnes,* Tarditas pro dimidiâ abſentiâ habeatur.

*IV. Venientes Præceptores reverenter excipiant, abeuntes honore proſequantur.*

*V. Præſentibus illis conſileſcant omnes: abſentibus ne perſtrepant.*

*VI. Arma ſcholaſtica cuncti præparata ſemper in promptu habeant, ut dictata facilè ac celeriter excipiant.*

*VII. Inter prælegendum nemo garriat; ſed ſit attentus lectioni.*

*VIII. E Schola ſine conceſſu Præceptoris neq; exeat quisquam, neq; abſit.*

*IX. Nunquam mentiatur, nemini maledicat, jurgia & ſimultates vitet.*

*X. Quod ſi lis quædam inter condiſcipulos oriatur, ad Præceptores referant protinus, ne adoleſcat.*

*XI. Impudica & obſcœna nemo neq; dicat, neq; faciat, neq; ſcribat.*

*XII. Juſſa Præceptoris omnes fideliter exequantur.*

*XIII. Præceptorum neminem irrideant.*

*XIV. Didactron maturè & fideliter numerent.*

*XV. Expoſituri aut recitaturi attentè, articulatè, clarè, diſtinctè, verecundè loquantur.*

*XVI. In ædificiis Scholæ nihil neq; frangant, neq; conſcindant.*

*XVII. Fracta, rupta, vitiata, reus ſuis ſumptibus reparet, pænasq; culpæ & levitatis det.*

*XVIII. Parietes nec carbonibus, nec miniato lapide pingant, aut modo quovis alio contaminent.*

*XIX. Libros, reſq; ſuas diligenter cuſtodiant, non ſuas & alienas minimè avertant, aut auferant.*

*XX. Locum ſuum quivis occupet, neq; ad alia diſcurrendo aliis moleſtus ſit.*

*XXI. A malis conſortiis omninò omnes ſibi caveant. Hæc enim præſentiſsimam & cladem & calamitatem diſcipulis adferunt.*

*XXII. Nec hîc nec alibi gladios aut pugiones geſtent, ſed cum pennis, libris, & Muſis ſibi jam rem eſſe & commercium ſemper cogitent.*

*XXIII. Inſcio Rectore hoſpitia non mutent, nec eodem inſalutato ab hinc diſcedant. Qui ſecus fecerint, pro ingratis reputabuntur, & libro, cui nigrum præfixum θ inſcribentur, etiam cum dedecore.*

F XXIV.

*XXIIII. Et ſummatim, Quæ probos diſcipulos decent, & ſæpiſsimè inculcantur à Præceptoribus, ſtrenuè peragant & expediant. Paucis. In omnibus vita ſit ſcholaſtico digna, & ſemper morum honeſtate condita: Sic ſibiipſis facilè invenient amicos, & ſuo ordini ſtudiisq; ſingularem autoritatem & benevolentiam apud alios conciliabunt.*

## *EXTRA SCHOLAM.*
## *ET IN PVBLICO, & IN PRIVATO.*
## *IN PVBLICO.*
### *Tum IN PLATEA, tum IN TEMPLO.*
### *IN PLATEA.*

*I. Virtutes & bonos mores ubiq; debito cum decoro declarent.*

*II. Nulli clamabundi aut citra neceſsitatem oberrent, ſurſumve aut deorſum curſitent.*

*III. Obviis Sacerdotibus, Magiſtratibus, Senatoribus, civibus, cæterisq; viris gravibus. Matronis item primariis, & Virginibus honorem debitum exhibeant, præſentibus caput aperiant, & loco cedant, venientibus aſsurgant, & ubiq; morum honeſtate ſe commendent.*

*IV. In inceſsu levitatem evitent omnem, & gravitatem præ ſe ferant, ſuâ perſonâ dignam.*

*V. In veſtitu nō laſciviant, aut luxurient, neq; milites aut alios paraſitos criſtatos imitentur: Sed honeſtè & decenter amicti & ornati incedant, & procedant.*

*VI. Domo non niſi loti, pexi comptiq́; egrediantur.*

*VII. In deductionibus funerum, quibus omnes, ad quos pertinet, intereſſe volumus, ordine decenti, & quo in claßibus ſunt collocati, cum ſilentio procedant, & ſuam erga defunctos affectionem, erga propinquos mœſtiſſimos* συμπάθειαν *oſtendant.*

*VIII. A tabernis & popinis ſibi omnimodo caveant.*

*IX. Conventicula ſuſpecta, inprimis amatoria vel potatoria, nec inſtituant ipſi, nec inſtitutis ab aliis interſint, probè memores illius:* Corrumpunt bonos mores colloqvia prava. *Hæc enim, & vix pietatis ſtudia, in illis exercere, præſumuntur.*

## *IN TEMPLO.*

*I. E Scholâ dimißi, hoc poſtquam omnes ordine intrarunt, temerè non circumſpectent, aut aliis incompoſitis geſtibus ſe deridendos propinent; Sed potius majores libro aßiſtant, cantentq́; attentè, Minores quieti & taciti expectent. Hymno vero finito domum ſe quisq́; recipiat, id quod diebus profeſtis hactenus obſervatum eſt.*

*II. Dominicis, feſtisq́; diebus, ad quos hoc pertinet, ma-*

*turè & omnes adſint, & Cantorem canendo adjuvet.*

*III. Templum ingrediendo & exeundo ſtrepitum nullum excitent.*

*IV. Totam per concionem modeſti, taciturni, & attenti aſſideant, quodq́ꝫ audivere ſæpius ſecum recoquant & ruminent.*

*V. Preces ad DEUM cùm funduntur, & illi unà conjunctis precibus ardenter orent, ſeq́ꝫ ſuaq́ꝫ DEO commendent.*

## *IN PRIVATO.*

*I. Diem precibus incipiant, eundemq́ꝫ precibus claudant.*

*II. Dicta, audita, & à Præceptoribus tradita domi ſolicitè repetant, repetitaq́ꝫ in ſuccum & ſanguinem ſuum convertant.*

*III. Sobrietati & temperantiæ unicè etiam dent operam.*

*IV. Domi ſeſe, ut cochleæ, contineant, niſi forſan à ſuis in publicum, negotii alicujus conficiendi cauſa, mittantur, inprimis à fluminibus, ſtagnis, lacubus abſtineant. In hisce enim lavare non tantùm ſanitati qvandoq́ꝫ noxam infert, ſed etiam vitæ finem non rarò adfert.*

V.

V. Ubiq; locorum quidem, inprimis tamen domi, in præſentiâ aliorum, de civibus, etiam illis, qui ſunt inferioris ſortis homines, cautè & honorificè ſentiant & loquantur.

VI. A Comœdiis, ſive palàm ſive clanculùm agendis, vel etiam inſtituendis, inſcio Rectore, planè abſtineant.

## QVORUNDAM.

Et qvidem tum DECURIONUM, tum CUSTODUM.

DECURIONUM. I. Diſcipulos ſuæ decuriæ commiſſos fideliter audiant.

II. Segnes & confabulantes, imò abſentes accuratiſſimè annotent, & ad Præceptores deferant.

III. Catalogum nominum illorum, qui ſuæ ſũt Decuriæ, ſemper ad manus habeant, ut inde abſentes adverti & animadverti poſſint.

## CUSTODUM.

I. Immodeſtos in Scholâ, Templo, funerum deductione attentè obſervent.

II. Ferulas, ſi quâ opus, Præceptoribus præbeant.

III. Ut ordine & modeſtè dimiſſi è ſcholâ templum ingrediantur, curent.

*IV. In comitatu funerum evagantes in ordinem cogant.*

## *DOCTRINAM.*

*Et quò ad PIETATEM, & quò ad ERUDITIONEM.*

### *QVO AD PIETATEM.*

*I. Conciones & lectiones Theologicas frequentiſsimè, & ſummâ cum diſcendi aviditate adeant & audiant.*

*II. Auditas diligentiſsimè repetant, & loca è ſacris, pro re nata, allegata, & præcepta propoſita, memoriæ mandent.*

*III. Fugiant & averſentur errores, noſtris ab Eccleſiis communi ſenſu & conſenſu remotos & relegatos.*

*IV. Cultibus ſuperſtitioſis non interſint, multò minus chorum noſtrum negligant, & alienum ornent.*

*V. Hinc noſtris à Templis nunquam abſint, ſed eadem ſtatis horis debitâ cum reverentiâ intrent.*

*VI. Noſtrum hoc ad Gymnaſium omnes admittentur, ſed ita tamen ut legibus noſtris ſe ſubjiciant, & tranquillè vivant.*

### *QVO AD ERUDITIONEM.*

*I. Nullos labores quos ſtudia artium & linguarum expoſcunt, ſubterfugiant. Nam:*



*ven-*

-- *vendunt DI dona labore.*

*II. Omnes lectiones rectè excipiant, & mundè etiam ſcribant.*

*III. Exceptas & ſcriptas domi diligentiſſimè repetant, & nullam horā ſine linea ducta abire permittāt.*

*IV. Si qui ætatis provectioris & judicii maturioris, illi Locos communes eo modo, quem nuper oſtendit Rector, pro Præceptorum conditione conficiant, colligantq́, confectos collectosq́ Rectori offerant. Is tum, ſi quæ monenda, haud gravatim monebit & ſubjiciet.*

*V.* Ut *ad manus habeant principia diſputandi, illi qui majores natu, ſingulis diebus ſub veſperam, cùm jam cubitum ſe conferre voluerint,* qvinq;, *vel minimū* tria *ediſcant* Axiomata, *quæ vel ipſi ex Autoribus variis colligere poterunt, vel* Rectoris *axiomatum logicorum centurias aſſumere, & modo, quo dictum, percurrere.*

*VI. Lingua Græca, ut exerceatur ſingulis diebus manè poſt preces matutinas Caput unicum Novi Teſtamenti perlegant, & vocabula difficiliora excutiant, & themata inveſtigent. Hoc quantum illis profuturum ſit, brevi ipsâ experientiâ edocebuntur.*

*VII. Si qui initia quædam linguæ Hebraicæ jecerint,*

*rint, caput unicum è veteri Teſtamento eodem ordine & ſtudio evolvant, radicesq́; inveſtigent. Neminem iſtius laboris pœnitebit.*

*VIII. Exercitia, ſive illa ſint Oratoria ſive Poëtica, nunquam defugiant, ſed propoſita diligenter componant, compoſita exhibeant, & quæ Præceptores annotabunt, & ipſi attentè annotent: Sic experientur, veriſſimum eſſe Ciceronem, dum ſtylum optimum eſſe dicendi Magiſtrum docet.*

*IX. Sed tamen & hic omnes in partes ſoliciti ſint, ut, quæ ſcribunt, à vernaculæ linguæ barbarie remota ſint, & ad probatorum Autorum, qui & ipſi à Præceptoribus commendabuntur, perſpicuitatem, proprietatem, copiam & elegantiam, quàm proximè accedant, ſintq́; Præceptorum judicio & comprobatione non indigna.* Negligenter verò ſcripta, pro non ſcriptis habeantur.

*X. Exercitatiores ſemper & ubiq́; latinè loquantur, Præceptores etiam latinè alloquantur, idq́; operam dent, ut & emendatè, & ſine vitio loqui addiſcant.*

*XI. Summa. Omnes noſtri alumni ſummā diſcendi cupiditatem ſemper ſecum circumferant, bonumq́; imitentur patremfamilias, qui oportuno tempore illa pro ſe*

ſe ſuisq́ coëmit, quibus aliquando uti frui queant: Sic illi hi noſtri pueri juveneſq́ illa conquirant maturè, comparentq́, quæ ſenes facti uſurpare, & vitæ humanæ accommodare poſſint. Toti enim vitæ ἐξ ὀνύχων ἁπαλῶν à primis unguiculis ſtudere incipimus, & in extremo halitu deſinimus.

## IN SPECIE.

Sunt tum CIVES hujus loci, tum PEREGRINI. CIVES. Vel ideò ſpeciatim & præ omnibus SENATVI & SCHOLARCHIS omnem debent ſubjectionem, Rectori & Præceptoribus animi gratitudinem & obſervantiam, quod ILLI ipſorum inprimis nomine tot ſumptus in Scholas & conſtituendas & conſervandas erogare: Hi verò ipſorum cauſa πρώτως ejusmodi labores ſatis laborioſos & vix Herculi ferendos ſubire, & ſuſtinere voluerunt. Hinc ergò omnis generis virtutibus, quæ hanc in ætatem & ordinem ſcholaſticum cadunt, unicè operam dare annitantur, & cum cæteris pietate, probitate, morum elegantiâ, diligentiâ & gratitudine quotidiè decertent, & depugnent, unicèq́ allaborent, ut patriæ ſuæ aliquando honeſto in loco inſervire queant. Hæc meta laborum.

PEREGRINI. Et illi vel hoc nomine ingentes

*SENATVI & SCHOLARCHIS debent gratias, Rectori & Præceptoribus ſingularem obſervantiam gratumq́; & memorem animum, quòd ad Scholas illarumq́; commoda unà cũ civibus admittuntur, iisdẽq́; æquè uti frui poſſunt. Et ſpeciatim officium ſuum perpendant, quod VITAM reſpicit & OPERAS.*

*VITAM. Hanc ita omnimodò inſtituant, ne Præceptores vel tantillum, quod de eâ conquerantur, habeant, & ne anſam præbeant, vel etiam cauſam, quâ cogatur Rector illos ſuis è Scholis cum dedecore ejicere, & omnibus aliis commodis & promotionibus exuere, & privare.* Beneficium *enim* datur propter Officium, *quo deficiente & illud meritò deficere debet & ceſſare.*

*OPERÆ SVNT & SCHOLASTICÆ, & DOMESTICÆ.*

*SCHOLASTICÆ: Omnes debito tempore Scholam ingrediantur, lectiones attentè audiant, interrogati modeſtè reſpondeant, & Summatim: Omnia peragant, quæ boni, ſeduli & pii ſunt diſcipuli: Idq́; vel maximè. Quia precariò hoſce ad Parnaſſos admittuntur, à quibus ſi ſuo merito excludantur, non magnoperè laborabunt illi, nec magnum Vratislaviæ damnum inde*

*accre-*

*accreſcet: Facilè enim inventura eſt illa ſedulas apiculas, quæ ſuis hisce in alveariis mella DEO, Magiſtratui, Parentibus & Præceptoribus grata, & Eccleſiæ Reiq; pub: utilia & decora ſtipent comportentq;. Sed ſpeciatim hi.*

*I. Negotia ſua tranquillè peragant, & nemini moleſti ſint.*

*II. SENATUS liberalitate non abutantur.*

*III. Honorarium Præceptoribus debitum ſine mora & detrimento perſolvant.*

*IV. Diſceſſuri gratitudinem ſuam cùm privatim, tùm in Scholis publicè, ſi Rectori viſum, teſtatam omnibus faciant.*

*V. Abſentes de hisce Muſarum hoſpitiis, in quibus profecerunt, ut & de tota Provincia, & nominatim de ſua hac matre Bresla honorificè & ſentiant & loquātur.*

*DOMESTICÆ. Pro diſcipulorum peregrinorum conditione ſunt variæ. Hi enim*

*Vel LIBERALIA habent HOSPITIA vel non habent.*

*Si LIBERALIA habent HOSPITIA communiter PÆDAGOGI appellantur. Hi*

*I. In inſtituendis ſuis diſcipulis nihil ſibi ſine*

*Rectoris, aut alterius Præceptoris conſilio & conſenſu aſſumant; Sed illa, quæ in Scholis proponuntur, ipſimet cum ſuis repetant, & ſi quæ in lectionibus minùs dextrè aſſecuti ſunt, uberius & ulterius explicent & inſtillent.*

*II. Singulis tamen diebus, ſi illorum fert captus, minimùm ipſis unum proponant argumentum, ſeu ſtyli exercendi materiam.*

*III. Si nondum poſſunt argumenta componere, ſingulis diebus minimùm tria nomina primum, hisce expeditis tria verba, hisce iterum evolutis tres phraſes, & ſic deinceps aſcribant, & cujus declinationis, vel etiam conjugationis illa ſint, &c. examinent, repetantq́;.*

*IV. Semper, ſi ætas fert, præſentibus diſcipulis latinè loquantur, & ut idem illi faciant, ſeverè jubeant. Qui ſi quandoq; in loquendo hæſitaverint, vel etiam exorbitaverint, continuò corrigant, nihilq́; inemendatum dimittant. Si enim ſemel & ſemel hoc fiat, tum ſenſim & ſenſim barbariei aſſueſcunt pueri, quam vix viri facti eluere commodè poſſunt.*

*V. Et manè & veſperi preces lectionemq́; capitum pietatis, vel etiam Bibliorum pro captu diſcentium*

*urge-*

*urgeant, & præcipua ſcripturæ dicta ediſcenda, ſed moderatè tamen & ſucceſsivè, illis ſuppeditent.*

*VI. Diſcipulos ad Scholam Templumq́ maturè deducant, & poſtmodũ etiã domum decenter deducant.*

*VII. Si quid fortè peccaverint, in corripiendo & corrigendo ſint providi & moderati, cogitentq́ ſe pædagogos eſſe non carnifices, & ejusmodi ætatulã flagris tyrannicis facilè à ſtudiis abſterreri poſſe, & quo ad membra tenellula lædi. Corporis ſanitas & bona conſtitutio à quovis quidem depravari poteſt & diſtorqueri, ſed non à quovis continuò reſtaurari & reponi.*

*VIII. In moribus ſi quid inconditum aut minus elegans, in loquela ſi quid horridum aut hiſpidum, in veſtitu ſi quid ruſticum aut ſqualidum; id omne amoveant, idq́ ſuo exemplo melius in omnibus prælucendo.*

*IX. In menſâ garrulitatem ſuorum compeſcant, & in præſentiâ aliorum, inprimis ſenum, verecundari doceant.*

*X. Cibum etiam decenter capere jubeant.*

*XI. Accedentes hoſpites, viros, fœminasve moribus concinnis quomodo excipere, diſcedentes eoſdem quomodo dimittere poſſint, inſtituant.*

*XII. Et ſummatim. Ut diſcipuli pietate, eruditione, bonisq; moribus inſtituantur, & coram DEO & hominibus gratiam favoremq; inveniant, unicè dent operam.*

*XIII. In hoſpitiis ſe HOSPITES tantùm, non DOMINOS IPSOS eſſe meminerint.*

*XIV. Ac proinde familiæ laboranti & aliàs occupatæ quandoq; ſuccurrant, menſam ſternant, panem apponant, & in omnibus hisce operis, quæ ab ejusmodi ſcholaribus expediri ſine piaculo aut dedecore poſſunt, ſe promptiſſimos & paratiſſimos exhibeant. Nec enim dici poteſt, quanta hæc animi promptitudo etiam in minimis apud herum hisce conciliet benevolentiam & favorem: cum è cōtra ignavia & ſuperba animi elatio ubiq; terrarum odio habeatur maximo, & nullibi ferè ſtabile hoſpitium invenire poſſit. Si vis dominari, proprias tibi procura ædes, laresq; eme, & illâ te jacta, velut Æolus, aulâ. Et magnum ſanè eſt Naturæ & Fortunæ bonum, quòd viri facti, vel etiam in locis & officiis conſtituti ſplendidiſſimis, ne ullum illorum ſive ſervitiorum, ſive operarum, quas in juventute ſuſtinuimus, quandoq; etiam cum moleſtiâ expedivimus, ſive noſtris in humeris, ſive etiã capitibus circumgeſtamus veſti-*

*veſtigium. Imò nullibi ſplendidior & clarior eſt virtus, quàm ubi labor ſuos ante pedes fixit, & ſigna quaſi quædam impreßit. Hîc tamen ſint Domini moderati, neq; ſuos nimiis iisq́; vilibus & ſervilibus onerent laboribus, ſed εὐκαιρίαν σχολῆς illis non invideant.*

*XV. In vilioris ſortis & conditionis homines ſi fortè inciderint, illos præ ſe non contemnant, aut propter ſimplicitatem derideant: Nam & illos creavit DEUS: Siracid. 7. neq; poteſt illis carere Reſpub: Sirac. 39. v. 12. cogitentq́; ſe beneficium ab illis accipere, non verò dare. Quòd ſi verò ſordere inceperint, exeant foràs, & aliis locum concedant.*

*XVI. Finito prandio caput aliquod, unum vel etiã plura, vel etiam Evangeliorum & Epiſtolarum dominicalium declarationes, vel ipſi legant, vel diſcipulis legentibus aßiſtant, & ſi quà exorbitent, vel hæſitent illi, ſuccurrant, quandoq; etiam lectionibus iſtis cantilenas in Eccleſia hac noſtra uſitatas & gratas immiſceant. Sic futurum ut & ipſi Pietatis exercitia inſtituant pro ſe ſuisq́;, & alios etiam ad ſimiles pias meditationes incitet.* Pietas *hæc, ſi vera,* ad omnia utilis.

*XVII.*

*XVII. Deniq; abſtineant Venere & Baccho, & Muſas Chariteſq; ſuas, quarum gratiâ hîc aluntur, cum puellis aut ancillis nihil habere commercii, certiſſimè ſibi perſuadeant. Nempè*

*Tolle voluptatis ſtimulos.*

*Nam -- nocet empta dolore voluptas.*

*Et Sirenes auribus obturatis ab Ulyſſe prætemavigandæ & evitandæ fuerunt.*

*Si LIBERALIA non habent HOSPITIA, non nihil liberioris ſunt Genii, ſed interim non planè diſſoluti aut libertini; Hi ergò.*

*I. In hoſpitiis ſuis nemini creënt moleſtias, ſed ſua tractent, faciantq;.*

*II. In Muſæis aut dormitoriis nullum damnum ſive parietibus, ſive feneſtris, ſive aliis inferant.*

*III. Cibis appoſitis cum gratiarum actione piè utantur, nec ultra precium hoſpites prægravent, ſed contenti ſint, & hoc beneficio & officio, probeq; perpendant præſentem annonæ caritatem, & ſeculi hujus ferè ferrei anguſtias. Quibus mutatis omnia in aurum redibunt priſcum, & Saturnia ſecla reducent.*

*IV. Hoſpites ſuos de rebus ſæpè neceſſariis ſe admonentes haud inviti audiant, & loco parentum illos eſſe ſibi perſuadeant.*

*V.*

*V. Tantò diligentiùs literis incumbant ſuis, quantò carius eruditio emitur, & comparatur, ne tempus ſumptusq́; unà perdant, & domum vacui redeant.*

*VI. Precium pro menſa & aliis pro tenore contractus maturè, quandoq́; etiam cum fœnore, perſolvant. Nam & tempore minus ſolvitur, Bis verò dat, qui citò dat.*

*VII. Sint taciturni, nec omnia, quæ domi à familiâ aguntur, in Scholis, per compita, & pulpita decantent. Quivis paterfam: in ſuâ domo eſt Rex, quam pro libitu ipſe diſponit ordinatq́;, nec opus, ut de ſua vita —, modò honeſta illa, cuivis etiam privato, rationem reddat.*

*VIII. Ex hoſpitiis diſceſſuri, ita ſe ſuaq́; componant, ut cum pace & gratiâ bonâ dimittantur. Nihil enim odioſius quàm hoſpitibus inſalutatis diſcedere, & animi ingratitudinem & rancorem ipſis factis prodere.*

## *EXTRAORDINARII DISCENTES.*

*Habitant tum IN GYMNASIO, tum EXTRA ILLVD.*

*IN GYMNASIO habitant ORDINARIE, vel EXTRAORDINARIE.*

*ORDINARIE IN GYMNASIO HABITANTES inſerviunt, vel TEMPLO vel GYMNASIO.*

TEMPLO, tum SIGNATOR, tum CHORALES.

Et hi ſuum probè perpendant officium, & hoc quidem Qvò ad VITAM, & qvò ad OPERAS.

## QVO AD VITAM.

I. Cùm ſint perſonæ quaſi publicæ, & ad conciones publicas habendas ſæpè adhibeantur, à Repub: etiam honeſto victu & commodis aliis ſuſtententur & ornētur, unicè eò ſuas conferant cogitationes, ne morum levitate, aut aliis vitæ flagitiis cives aut quoscunq; alios offendant, ſed potius ut omnibus bono exemplo præluceant, & ubiq; vitæ honeſtate & gravitate ſe commendent, qvò MAGISTRATUS cauſam inveniat tātò potentiorē, ſuos ad alia munia ſplendidiora promovendi & evehēdi.

II. SCHOLARCHIS & Rectori debitam in licitis & honeſtis præſtent obedientiam.

## QVO AD OPERAS.

Easq; & ECCLESIASTICAS, ET SCHOLASTICAS.

ECCLESIASTICÆ in Templo exercentur. Earum inprimis ratione à Magnifico & incluto SENATV 20. Martii An: 1615. illis p̄ſcriptæ ſunt leges, quibꝰ etiam num ſeſe conformes exhibere debent, niſi commodis illis privari velint. Illæ ſic habent.

Dem=

Demnach bey einem Ehrenveſten Hoch⸗weiſen Rath dieſer Stadt Breßlaw / bey den Auffrechnungen vnd ſonſten offters Beſchwer wegen der Choraliſten vorkommen / daß dieſelbigen ſich nicht alſo verhielten / wie es jhr Orden erfordert: Als hat wolbedachter Rath der Choraliſten nachfol⸗gende Ordnung verfertigen / vnd zu jhrer wiſſenſchafft an dieſen Orth publiciren laſſen. Vnd iſt darauff eines Ehrenveſten Rathes vnendlicher Befehl vnnd Wille / daß die Signatores vnd Choraliſten alle ſich dieſer Ordnung gemeß verhalten / bey vormeidung ei⸗nes Ehrenveſten Rathes vnnachleßlicher Straffe.

Zum Erſten / wenn ein Choraliſt angenommen wird / ſol man ſehen / das er ſeine Mündige Jahr errei⸗chet / ziemlich Studieret habe / vnd in Choral vnd Fi⸗gural Geſänge geübet / auch alſo beſchaffen ſey / daß er ohn der Kirchen Schimpff mit Andacht das Gebeth vnd Lectiones verrichten / auch im Notfall zum Pre⸗digen könne gebrauchet werden.

Zum Andern / ſol der Signator vnd alle Choraliſten in den Wochen Tagen vor dem Schlag Sieben deß Morgens / vnd für 2. Vhr zur Veſper in loco er⸗ſcheinen / die gewönliche horas mit gebührender An⸗dacht / nicht zu ſchnell noch zu langſam verrichten / daß man nicht vrſach habe / ärgerlich von den Kirchen Ce⸗remonien zu halten vnd reden.

Zum Dritten / welchem das Gebeth vnd Bibli⸗

ſche Lection zu verrichten gebühret / ſol laut vnd deutlich vnd mit ſolcher Pronunciation daſſelbige thun / damit ein vnterſcheid zwiſchen dem leſen vnd ſingen in der That vermercket werde.

Zum Vierden / welchen die Ordnung trifft frůe oder zu Mittage vor der Predigt zuſingen / ſol zeitlich vorhanden ſein / daß die Gemein nicht auff jhn warten důrffe.

Zum Fünfften / in der Mitwochs vnd Freytags Frůpredigt / ſollen alle Choraliſten bald zum Geſange ſich einſtellen / Predigt hören / vnd die Litaniam alle ſingen.

Zum Sechſten / wenn ſie in der Kirchen die Deutſchen Geſänge vor vnnd nach der Predigt ſingen / ſol der Signator vnd alle Choraliſten darauff achtung haben / das Sie mit der gantzen Gemeine in einem Tono ſingen / vnd ſo viel möglich die vbel klingende vnd faſt heulende diſſonantz verhůtet werde.

Zum Siebenden / der Signator oder einer aus den Choraliſten darvon / ſol nach verrichtem Geſange wegen der Kälte die Chor Knaben in die Schule beleiten / bey jhnen verbleiben / biß ſie wieder zum Singen in die Kirchen abgefodert werden / vnd die Zeit alſo in der Schulen anwenden / das jhm die Knaben die gewönlichen qvæſtiones Catecheticas recitiren / vnd beyneben im Gebeth geůbet werden / doch ſollen die Chorales ſo ſich auff jhre Predigt præpariren / damit verſchonet werden.

Zum

Zum Achten/der Signator oder Choraliſten einer ſol auffſchawen / daß keine Wäſcherey oder Vmblauffen vnter wehrender Predigt von den ChorKnaben geſchehe / die sträfflich ſein / ſol der Signator mit Vernunfft züchtigen.

Zum Neunden/ es ſol ſich kein Choraliſt vnterſtehen/ einen ChorKnaben von der Kirche oder Schule abzuhalten/vnd in ſeinen eygen Geſchäfften zu gebrauchen/ wann aber der Gottesdienſt vnd Schulſtunden vorüber ſein/ vnd alsdann ein Choraliſt zum Waſſer holen/ oder Sauberung der Zimmer einen ChorKnaben gebrauchen wil/ ſol daſſelbe jhm vergunſtet ſein.

Zum Zehenden/ dem Signatori neben einem Choraliſten (wie es die Ordnung erfordert) gebühret alle Montag/Donnerſtag vnd Sonnabend vmb zwölff die Knaben im Choral Geſange zu üben.

Zum Eilfften / die Choraliſten ſollen vnter wehrender Kirchen Lection im Chor verbleiben / fleiſſig zuhören / ſich deß Schlaffens / confabulirens vnd ſpatzierens in der Sacriſti, auch darinnen deß vnzeittigen Geldzehlens vnd diviſion der Bitte Zedel gentzlich enthalten/daß die Chriſtliche Gemeine dardurch nicht geergert werde.

Zum Zwölfften / wenn das Ampt gehalten wird bey dem Altar/ſollen ſie im Chor mit ſingen/ jhre Andacht verrichten / vnd darbey Chriſti vnſers hoch verdienten Heylandes Todt verkündigen/ das leſen in

 jhren

jhren Büchern einſtellen / vnd ſich in allem alſo erwei-
ſen / daß nicht die Communicanten in jhrer devotion durch jhre ärgerliche mores turbiret werden.

Zum Dreyzehenden / wann ſie zum Bitten gebrauchet werden / ſollen ſie nicht vorſetzlich die Leute vbergehen / welche auffgezeichnet ſein / auch den novitiis anleitung geben / wie ſie das Bitten verrichten ſollen / doch daß ſie in Feſt vnd Feyer Tagen ſich zeitlich widerumb zum Chor finden.

Zum Vierzehenden / nach verrichteter Veſper ſollen ſie bey der Sacriſti auffwarten / vnd fragen / Ob man jhrer Hülffe in deductionibus funerum bedürffen möchte.

Zum Funffzehenden / mit jhrer Kleidung ſollen ſie es alſo machen / wie es Perſonen / die bey dem Gottesdienſt auffwarten / gebühret / vnd das ſie nicht in choro & deductione funerum halb Geiſtlichen vnd halb Weltlichen Habit haben

Zum Sechzehenden / ohne vorwiſſen deß Paſtoris vnd der Superiorum ſol keiner verreiſen / zur Hochzeit gehen / ſich abſentiren vnd ſeinen Dienſt verſeumen.

Zum Siebzehenden / wann ſie permiſſion erlangen / ſollen ſie qvalificirte ſubſtituten jhre Stelle vertretten laſſen / Bevorab niemand darzu gebrauchen / der mit den Haaren vnd Kleidungen einem Soldaten ehnlicher iſt / dann einem Schüller / daß dadurch nicht dem Miniſterio ein Spott verurſachet werde.

Zum Achzehenden/ wer nicht aus erheblichen vrſachen (die er zuvor dem Paſtori vnd Superioribus namhafftig machen ſol) die Portatur verrichten kan/ der ſol gleichsfals an ſeine Stelle ſolche Perſonen begehren/ welche die Leichen mit Vernunfft erheben vnd niederſetzen/ vnd dem Leichengeräthe nicht vorſetzlich ſchaden zufügen.

Zum Neunzehenden/ Ergerliche Zuſammenkunfften/ Kegelpläne vnd Trunckenheit/ ſo wol alle verdächtige örter ſollen die Choraliſten alle meiden/ in moribus ſich jhrer Profeſſion nach alſo erweiſen/ das nicht jemand billiche vrſache habe/ ſich vber jhren ordinem zu beſchweren.

Zum Zwantzigſten/ vber Nacht ſol keiner von der Schulen/ ohne vorwiſſen deß Herren Rectoris oder Ludimoderatoris, auch von den Lectionibus Theologicis ſich abſentiren/ es were dann das ſie durch den Dienſt in der Kirchen daran verhindert würden.

Zum Ein vnd zwantzigſten/ wenn das Magnificat geſungen wird/ ſollen ſie jhre Hütte abziehen/ vnd ſich allerſeits alſo erzeigen/ daß Gott gedienet/ vnd die Chriſtliche Gemeine erbawet werde.

Zum zwey vnd zwantzigſten/ wann die Cantores die Exercitia Muſica, ſonderlich aber vor den hohen FeſtTagen in den Schulen halten/ ſollen die Choraliſten denſelbten ſämptlich beywohnen/ darmit die lernende Jugend in den Schulen darinne befödert/ vnd

in

in den Kirchen auch der Geſang deſto beſſer fortgeſtel-
let werden könne.

Zum drey vnd zwantzigſten/ wann ſie zu Mittage in S. Hieronymi Hoſpital Mahlzeit halten/ ſollen ſie zu rechter zeit erſcheinen / vor vnd nach derſelbten beten/ vnd aus der Lateiniſchen Bibel ein jeder nach der Reihe täglich ein Capitel ableſen/ welchem die andern mit Andacht zuhören/ vnd ehe ſolche Lection vollendt/ keiner vom Tiſche auffſtehen / vnnd vber Tiſche aller ſchnöden vnd ſchimpfflichen Reden ſich gentzlich enthalten.

Zum vier vnd zwanzigſten/ die jenigen welche bey den Bürgern Kinder inſtituiren/ vnd die Abend Malzeit haben/ ſollen ſich vmb Acht widerumb in der Schulen einſtellen / auch deß vnbeſcheidenen Anſchlagens vnd Klopffens an die Schul Thüren enthalten / Die aber nicht kommen/ auff die ſol der Oeconomus nicht lenger zu warten ſchüldig ſein / vnd der jenige ſo auſſen blieben/ ſol auff den Morgen die vrſachen/ vnd wo er vber Nacht geſchlaffen/ anzeigen/ vnd wofern die vrſachen nicht erheblichen / er auch an vngebürlichen Orten geweſen / ſol er darumb geſtraffet / oder deß Dienſtes nach gelegenheit deß verbrechens entſetzet werden.

Zum Fünff vnd zwantzigſten / in den Kammern vnd Wohnungen die jhnen eingethan werden/ ſollen ſie es ſauber vnd rein halten / kein Liecht oder Fewer darinnen gebrauchen / ſondern bey Winterszeit vnter

Li.ch-

Liechtes in den eingeheiſeten Auditoriis jhre Studia tractiren/ Nachmals zu rechter zeit ohne Liecht in jhre Schlaffkammern ſich begeben.

Zum Sechs vnd zwanzigſten / ohne vorwiſſen vnd willen deß Herren Rectoris ſol keiner niemanden zu ſich in ſeine Kammer nehmen/oder beherbergen / auch keine Sauffconventicula vnter ſich ſelbſt nicht halten/ vornemlich aber die Schüller vnter den Lectionibus ſich in jhren Kammern nicht verſtecken laſſen.

Zum Sieben vnd zwanzigſten / ſol ein jeder Choraliſt in ſeiner Schlaffkammer/an Fenſtern/Thüren/ Schlöſſern / Dach vnd anderm keinen Schaden thun/ die Mauren vñ Wende nicht beſudeln/ Sondern darob ſein/das alles rein vnd richtig verbleibe. Vnd im fall je durch Vngewitter etwa an den Dächern Schaden geſchicht / ſollen ſie ſolches bey zeiten andeuten / damit durch langwirigkeit den Gebewden nicht gröſſer Schaden erfolge.

Zum Acht vnd zwantzigſten/ ſol der Signator vnd alle Choraliſten in den Wochen Tagen wañ die Schulſtunden vorüber / vnd die Schüller in die Kirchen zur Frue vnd Abendszeit geführet werden/ dem Cantori die Motet ſingen helffen / oder in abweſen deß Cantoris den Geſang mit dem Gebet Pro pace, pluvia, ſerenitate, &c. ſelber anſtellen vnd verrichten.

Zum Neun vnd zwantzigſten / ſol allen Choraliſten/ Tolche/ Wehren / vnd andere Waffen zu tragen

verboten ſein. Welche ſich nun dieſer Ordnung gemeß verhalten / vnd jhren Dienſt mit fleis verrichten werden / denen wird ein Ehrenveſter Rath zu beförderung geneiget ſein. Die ſich aber vbel verhalten / mögen jhre Straffe gewertig ſein / darnach ſich ein jeder zu richten hat.

Zu Vhrkundt iſt dieſes mit wolbedachtem Rathes der Stadt Breſslaw Inſiegel bekrefftiget / Geben den zwantzigſten Tag deß Monats Martii, Nach Chriſti vnſers einigen Erlöſers vnd Seligmachers Geburt / im Sechzehenhundert vnd Funffzehenden Jahre.

## *SCHOLASTICÆ quo ad Chorales ſunt.*

*I. Lectiones ſibi neceſſarias frequenter adeant & audiant: Tum quia horum pauciſsimi propter ſumptuum inopiam Academias inviſere poſsunt, aut longiore tempore in iisdem ſubſiſtere, Tum vel maximè, ne ſi quādo ad ſuperiora adhibendi ſunt miniſteria, rudes planè in capitibus pietatis & aliis diſciplinis humanioribus inveniantur, imò ut ipſimet ſeipſos promoveant, & ſuâ eruditione ad ſuperiora ſubſellia evehāt;* Artem *enim,* ut quævis terra alit, ſic etiam ſuos ſtudioſos ex ipſo pulvere erigit, & ad Principum latus, etiam nunqvam cogitantes, collocat.

*II.*

*II. Sua ſtudia privatim ſedulò urgeant, nec tempus tàm precioſum ſine fructu & aliquo eruditionis accremento elabi patiantur, memores iſtius*

*-- tempus adeſt jam cogite meſſem.*

*III. Inſanum illum Vulcanum providè tractent, neq; ad ſuperiora ſecum geſtent conclavia, ne Gymnaſio damnum aliquod inde ſuboriatur, aut*

*-- flamma voret faſtigia tecti.*

*IV. Quo nomine ſtatis & prædefinitis horis domum ſe conferant, nec ſero veſpere vicinis ſuis clamoribus aut inſultibus moleſtias creent, aut integras plateas perturbent.*

*V. Si quà Collegæ inferiorum ordinum morbo corripiantur, aut aliàs diſcedant aut decedant, tum illi pro Rectoris mandato & diſpoſitione vices illas ſubeant, & diſcipulos fideliter inſtituant, usq; dum alii in locum prædeceſſorum ſurrogentur.*

GYMNASIO

Tum OECONOMUS, Tum CALEFACTOR.

OECONOMUS.

*I. Operas quotidianas fideliter exequatur.*

*II. Rectori quotidiè præſtò ſit paratus ea, quæ jubentur, ſine tergiverſatione & dolo expedire.*

*III. Si qui ex Collegis vel morbis, vel aliâ gravi causâ impediti, operas ſuas ordinarias ſubire non potuerint, Rectori maturè indicet, ut is eò citiùs aliis hoc oneris demandare poßit, & horas commodè diſtribuere.*

*IV.* Gymnaſium *& omnia hujus auditoria conſtituto tempore claudat & recludat.*

*V. Choralibus & aliis* Gymnaſium *tempore definito clauſum non aperiat.*

*VI. Ignem & candelas diligentißimè cuſtodiat.*

*VII. Ne quis candelam accenſam prunasve tecto ſubinferat, modis omnibus prohibeat.*

*VIII. Ne quid in ædificiis frangatur, aut vitietur, caveat.*

*IX. Ne parietes picturis aut coloribus deformentur, accuratißimè obſervet.*

*X. Tabulas cùm ſcriptorias, tùm verò quæ Callographiæ noſtræ præcepta & exempla continent; feneſtrarum item ſpecularia, ab omni detrimento & incommodo ſarta tectaq́ conſervet.*

*XI. Ocioſos ex viciniis pueros, qui petulantiâ inducti, vel odii ſui erga literas repræſentandi gratia, vel ſatiandæ libidinis cauſa multa tentare, lapidibusq́*

*ac*

*ac cementis innoxios Ludi literarii parietes impetere non dubitant, cum bonâ, ſi poteſt, gratiâ, vel ſi admoniti pertinaciter tamen in propoſito & malitiâ perſiſtunt, minis ac vi deniq; abigat, & abhinc longùm propellat.*

*XII. Funeralia (quæ vocant) tempeſtivè colligat, & quibus debentur, bonâ fide diſtribuat.*

*XIII. In negociis ſcholaſticis taciturnus ſit, & quæ aliàs celari debent, ſummo celet ſtudio.*

*XIV. Ne quis ligna clam amoveat, aut ſuffuretur, provideat.*

*XV. Programmata, Carmina, & Diſputationes tempeſtivè valvis aut januis conſuetis affigat.*

*XVI. Eadem non pro ſuâ voluntate, ſed pro Rectoris diſpoſitione & ordinatione illis, quibus ratione vel officii, vel etiam dignitatis & eruditionis debentur, diſtribuat.*

*XVII. Præ omnibus aliis temperantiæ vitæq; honeſtati ſtudeat, ne ex inordinata vita Gymnaſio aut Profeſſoribus macula quædam aut labes inuratur.*

*XVIII. Horas & tempus lectionum campanæ ſonitu indicet.*

*XIX. Summâ. Quicquid pro ratione temporis & neceſsitatis ad quaslibet præſtandas operas ſibi mandatum aut injunctum fuerit, ab iis, qui ſcholis ac ſtudiis cum autoritate præſunt, id ſine ullâ dubitatione ſtudioſè ac diligenter conficiat, in iisq; obeundis talem ſe præbeat, ut appareat, non invito imperatum fuiſſe.*

## CALEFACTOR.

*I. Ligna quæ in uſum Gymnaſii advehuntur, ordine componat.*

*II. In iisdem ad fornaces tranſportandis, operâ puerorum ad hoc opus deſtinatorum tempore lectionum non abutatur, ſed demum dimiſsâ Scholâ ad hoſce labores illos adhibeat.*

*III. Auditoria calefaciat, prout & quando à Rectore juſsus fuerit, ſed tamen ne nimis. Nimius enim conclavium ardor aut æſtus cerebrum aggravat, & ad ſtudia diſcentes torpere facit.* Moderata durantq; juvantq;.

*IV. Ne quod per incuriam damnum ignis inferat, oculis plus quàm Argi obſervet.*

*V. Ligna ne fortè ſubtrahantur, caveat.*

*VI. Fornaces jam calefactas, claudat.*

*VII. Pavimenta Gymnaſii certis diebus verrat.*

*VIII. In abſentiâ Oeconomi Gymnaſium cuſtodiat, & introeuntes exeunteſq; diligenter obſervet.*

*IX. In Gymnaſio, niſi fortè negotia extra neceſſariò expedienda occurrant, ſemper præſtò ſit.*

*X. A Collegis ad Parentes vel hoſpites miſſus, ut de abſentiâ vel liberorum vel Pædagogorum inquirat, cum nemine colludat, ſed bonâ fide omnia, prout ſe habent, referat.*

*XI. Cum carentibus nullas lites exerceat, aut diſcordias alat, ſed cum illis concorditer vivat.*

*XII. Candelas ardentes ſuperioribus conclavibus non inferat.*

*XIII. Lectiones & ipſe audiat. A quibus tamen hactenus Calefactor caleſieri nec potuit, nec voluit.*

*EXTRAORDINARIE in Gymnaſio habitantes ſunt DISCIPULI, qui ſtudiorum gratiâ huc commeant, neq; continuò hoſpitia nanciſci poſſunt. Unde ex miſericordiâ Gymnaſii auditorio uno recipiuntur, & in eo tolerantur, uſq; dum hoſpitium aliquod conſequantur. Interea Carentes vel Expectantes appellantur. Hi verò.*

*I. Inſcio Rectore non recipiantur.*

*II.*

*II. Rectoris ſcitu recepti omnem moveant lapidem, ut Præceptoribus ſuis debitam diligentiam, modeſtiam, & attentionem præbeant, quò tantò digniores ſint beneficiis & hoſpitiis procurandis.*

*III. Hoc fine lectiones ſibi attributas diligentiſſimè frequentent.*

*IV. Ne pediculis ſcateant, mundè ſe veſtiant.*

*V. In portandis funeribus aut aliàs, ſi vicarias præſtent operas, ita præſtent, ne quoddam dedecus Scholis inde accreſcat.*

*VI. In auditorio, quo inhærent, ſordes nullas relinquant, ſed omnia ut munda ſint, & pura, faxint.*

*VII. Nec in illo tumultus aut vociferationes excitent, ſed ſedati & quieti ſua pertractent.*

*VIII. Tempore lectionum in illo non conſideant, ſed quivis ad ſuam claſſem ſe recipiat, lectionesq́; debitas audiat.*

*IX. In abſentia Oeconomi & Calefactoris Gymnaſium nemini aperiant, neq; etiam in eo turbas excitent.*

*X. Summo veſpere, cùm jam cubitum eunt, unus clarâ voce Caput Biblicum prælegat, cæteri attentè auſcultent, certi, quòd DEUS in medio ipſorum ſit, & ſuſpiria piorum ipſemet coram percipiat, tandemq́; vota rata eſſe jubeat.*

EX-

*EXTRA GYMNASIUM ſunt* Pædagogi *alii, qui diſcipulos quidē hic nobiſcū frequentantes habent, ſed ipſi legibus ſcholaſticis ſeſe ſubducunt. De hisce quid ſtatuat, apertis verbis indicat, SENATUS INCLUTUS decreto Trinitatis anni 1570. publicato, ibi.*

Nach dem wir aber auch berichtet ſein/ vnd die tägliche Erfahrung giebet/ daß viel vnordnung vnd zerrüttung beyde der Studien vnd gutter diſciplin, auch ärgerliche Exempel alles Mutwillens von etzlichen frembden Pædagogis, ſo man Schreiber nennet / deren eine zimliche anzahl aus benachbarten vnd frembden Landen in vnſer Stadt / durch milde gunſt vnd wolthat der Bürgerſchafft/ als durch ein Chriſtlich Allmoſen biß anhero vnd förder vnterhalten werden/ vorurſacht werde/ Als die ſich aus der Lehre vnd diſciplin, ohne vorwiſſen deß Herren Rectoris, vnd anderer von vns beſtelten Præceptoren / aus eigenem frevel vnd mutwillen jhnen ſelbſt zum verderb / vnd zu ärgerlichem ſchädlichen Exempel der Schulen vnd Jugend entbrechen/ welches keines weges zu gedulden.

Als ordnen wir auch hiermit/ vnd befehlen

ernſtlich / daß kein Bürger oder Einwohner hernachmals einigen Pædagogum bey ſich haben / noch jhnen vnterſchlieff gönnen ſollen / der ſich nicht der SchulOrdnung / diſciplin vnnd Obedientz vorhalte / vnd von vns verordnetem Rectori vnterthan ſey. Es were dann eine privilegirte Perſon / als ein promovierter Magiſter; oder geſchehe ſonſt mit ermelter verordneten Schulherren / vnd vnſers Rectoris wiſſen vnd bewilligung. Solches geſchicht billich jhnen ſelbſt / der Jugend / ſo ſie daheime inſtituiren ſollen / vnd jhrer Herrſchafft zum beſten / vnd iſt vmb erhaltung gutter Schul vnd diſciplin Ordnung / willen nötig / auch vnſer ernſter Befehl / Wille vnd Meinung.

*HACTENUS DE PERSONIS: DE LOCO verò quo in Scholæ & Gymnaſia erigenda, & inſtituenda, alibi diſſeretur.*

# LECTIONES SCHOLARUM VRATISLAVIENSIUM,

Mandato MAGNIFICI, NOBILISSIMI, ET INCLUTI SENATUS.

*Conſignatæ, adornatæ & delineatæ*

*à*

M. THOMA SAGITTARIO, earundem Rectore & Inſpectore.

DUO ſunt, ad quæ in Gymnaſiorum & Scholarum bonâ conſtitutione, tanquam in navigatione periculoſiore ad Helenæ ſidera, reſpiciendum eſt Magiſtratui: Nempe:

LEGES & LECTIONES.

LEGES quidem ſunt regulæ juſtorum & injuſtorum, & præceptrices faciendorum, prohibitrices non faciendorum, ut ex Chryſippo cum Marciano annotat Imp. Juſtinianus l. 2. ff. de LL. Quibus omnes, qui in iſta Republica (& ſic etiam literaria) verſantur, obtemperare debent, tum ob alia multa, tùm vel maximè ideò, quod omnis lex inventum ac munus Dei eſt, decretum verò prudentum Virorum, quod ex Demoſthene cum Marciano iterum approbat d. l. Imperator. Addo ego & propterea: Quia, ſi bona & legitima, obligat etiam in conſcientiâ, & obedientia erga illas etiam ſua à Deo habet præmia præſentiſsima, contumacia verò pœnas graviſsimas.

LECTIONES verò ſunt, velut aureus ille Virgilii ramus, quo per omnes rerum diſcendarum confuſiones, & ceu Stygios lacus ad veræ Pietatis, ſinceræ Eru-

*Eruditionis, & ſeveræ Eloquentiæ, (Nam hi ſunt fines ſtudiorum noſtrorum) velut campos Elyſios, & intima illa Pallados Muſarumq́; adyta & penetralia, irrumpere poſſumus & pervenire.*

*LEGES pro eo, quod DEUS ille omnis ordinis autor & fautor nobis conceſſit, talento, noſtriq́; officii ratione, conſcripſimus nuper & propoſuimus: Nunc ergò & LECTIONES pro Scholarum noſtrarum Genio & ingenio conformabimus, adornabimus, conſignabimus, delineabimus. DEUM autem teſtamur & ſolenniter proteſtamur, nos nullius ſive odio ſive ambitione, à quibus per totam vitam abhorruimus, atq́; etiamnũ abhorremus, ſed ſolo juventutis, & ſic publico bono & commodo, eidemq́; inſerviendi ſtudio, imò & officii commiſſi ratione inductos & permotos, hæc quæ ſcribimus, ſcribere, & quæ monenda liberè, candidè & ſincerè monere & ſubjicere. Is ipſe DEUS ducat noſtras motiones & molitiones ad ſui nominis gloriam, patriæ emolumentum, Eccleſiæ incrementum, juventutis ſtudioſæ accrementum. Nunc ad rem CUM DEO.*

*In quovis ordine conſideramus TUM FINEM, TUM MEDIA ad finem illum ducentia.*

*Et hæc MEDIA iterum VEL PER SE, VEL RATIONE MODI, quo adhibentur.*

## *Jam I. DE GYMNASIO ELISABETHANO.*

### *Quoad ORDINEM PRIMUM.*

*FINIS eſt laudabilis Pietatis, Linguarum, imprimis Latinæ, Græcæ, & Hebraicæ, ut & artium Philoſophicarum cognitio, morumq́ & vitæ conformatio, ut hac inſtructi alumni noſtri cum fructu & commodo ſuorum ſtudiorum ampliſſimo ad Academias transmitti poſſint & amandari.*

*MEDIA, quoad PIETATEM frequens CONCIONUM & Precum inviſitatio, & attenta LECTIONUM Theologicarum auſcultatio. Illæ ordinariæ jam ſunt.*

*Epiſtola ad Romanos.*
*Examen Philippi.*
*Loci Theologici.*
*Evangelia Dominicalia Græca.*

*Quoad LINGUAS. Grammaticæ Latinæ, Græcæ, & Hebraicæ crebra evolutio, & EXERCITIORUM tàm in proſâ quàm ligatâ Oratione inſtitutorum, partim & exhibendorũ, partim recitandorum propria elabo-*

*elaboratio, quotidianus etiam earundem linguarum, imprimis Latinæ, uſus. Huic inſerviunt.*

*Officia Ciceronis, vel Oratio aliqua ejusdem alternatim.*

*Terentius.*

*Virgilius.*

*Horatius.*

*Homerus.*

*Libellus Plutarchi de Educat. liberorum, cui abſoluto ſubſtituetur NOVUM TESTAMENTUM GRÆCUM.*

*Quoad ARTES. Dialectica Philippi cum cæteris Neotericorum præceptis collata, & axiomatibus ditata pro grandioribus, Dialectica LoſsI ſæpius repetita pro junioribus.*

*Rhetorica ex optimis collecta.*

*Arithmetica.*

*Geometria.*

*Geodæſia.*

*Logiſtica.*

*Muſica.*

*Aſtronomia.*

*Phyſica tàm Generalis quàm Specialis,*

*quæ*

*qua in Anthropologia, ſeu Libellus de Animâ diligentiſsimè tractabitur.*

*Ethica tàm Generalis quàm Specialis, qua in Politica maximè urgebitur.*

*Hiſtorica.*

*Poëtica.*

*Quæ omnes per triennium abſolventur σὺν θεῷ, ut infra indicabitur.*

*Et ſi diſcentium captus feret,*

*INSTITUTIONES JURIS Juſtinianéæ extraordinariæ & privatim prælectæ.*

*QUOAD MORES accurata LEGUM Scholaſticarum obſervatio, Ethicorum Præceptorum in vita frequens uſurpatio, & diſciplinæ ſtrictioris pro Legum vigore crebrior accommodatio.*

*Jam de MODO ADHIBENDORUM ISTORUM MEDIORUM. Hunc in Legibus pro conditione & occaſione allata non ſemel attigimus: Nunc peculiariter hæc monenda videntur.*

*I. Quoad EXERCITIA Verſio illa ſive* Germanica *ſit ſive Latina tabulæ ulterius non aſscribatur; Sed ordine per ſeptimanas à Profeſsore Epiſtolæ vel Oratiunculæ diſpoſitio grandioribus,* Germanica *mate-*

*ria*

ria junioribus ad calamum dictetur. Utrumq; uno horæ quadrante facili labore fieri poteſt.

Sic enim utriq; parti conſulitur. Nam aliàs ſuperiores negliguntur, qui illas verſiones non curant.

Tempus q. emitur, quod aliis impendēdum eſt operis.

Ignaviæ diſcipulorum obviam itur. Illi enim cum lectiones alias tractare debent, illis ſe ſubdolè ſubtrahunt, tabulæ aßident, & vix per duas horas materiam illam deſcribunt.

Deniq; in dictando Elegantiæ & formulæ loquendi uſitatæ indicari poßunt, & de multis aliis diſcipuli moneri, ut alia prætercam.

II. Sed hæc argumentorum materia ſemper deſumatur ex autore, qui prælegitur v. c. Cicerone vel Terentio. Sic enim illa, quæ audivit, ſuum in ſuccum & ſanguinem convertet ſtatim diſcipulus, fixiùs memoriæ ſemel audita ſæpius tamen volutata infiget, habebitq; in autore verſionem ſeu Exemplar, ad quod ſe ſuaq; conformet, deniq; non diſtrahetur ſtyli diverſitate, quæ in variis ac variis ſuppeditatis verſionibus non poteſt non occurrere.

III. Quoad Verſus ſcribendos ſemper ex Virgilio aut Horatio, ut & Homero dentur materiæ, & qui-

*dem ex quotidiana lectione, ut quod imitentur, continuò habeant diſcipuli, imprimis Parodiæ Horatianæ urgeantur. Hinc enim plurimas capient diſcipuli utilitates, imprimis Textum ipſum melius hinc intelligent, memoriæ mandabunt ſine labore non ſentientes, & demum etiam Poëſin ſuam ad exemplar illud effingent, quo in prævios habebunt meos, Horatium Chriſtianum & Prophanum, qui ipſis materias & modum variandi oſtendent.*

*IV. Hæc exercitia Diſcipuli offerant Præceptori mundè & rectè deſcripta, non in chartam, quæ cuivis etiam ventulo eſt expoſita, conjecta, ſed peculiari ad hunc uſum facto libello comprehenſa. Hinc enim præcedentium & conſequentium melius cognoſcetur* συνάφεια*, quæ ſemel antea correcta, neq; dum ſatis animadverſa indicari, vel etiam exprobrari, & vel maximè progreſſus in hoc genere pro tempore inde animadverti poteſt.*

*V. Præceptores ſuâ manu ſcripta corrigant, prius tamen explorent, an non diſcipuli cognito errore, hunc ipſi emendare poſsint.*

*VI. Utq; tanto firmius & fixius ea quæ admonita, dicta aut præſcripta memoriæ inhæreant, Diſcipuli ſingu-*

*ſingulis diebus illa, quæ per unamquamvis ſeptimanam conſcripſerunt aut elaborarunt, antè, quam cubitum eunt, percurrant, & quæ voces aut phraſes ibi ſunt inſigniores probè annotent.*

*VII. Quoad* GRAMMATICAM GRÆCAM *omninò illâ hactenus conſuetâ quæ perfectior ſit eſt aſſumenda, quæ & ipſa in ſecundo ordine, ſecundum maximè neceſſaria præcepta, quæ minio poſſunt ſubduci, ediſcatur, & pòſt in primo ordine abſolvatur. In tertio Ordine Græca in eadem Grammatica legere diſcant, & unà, quæ faciliora, declinare & conjugare. Sic ſenſim aſſueſcent, & unum librum, quod compendioſiùs, tantùm tractabunt. Et hæc Grammatica ex optimis autoribus collecta, brevi ſuppeditabitur.*

*VIII. Terentii Comœdia ſi quæ ad finem perducta (id quod non magno fieri poterit tempore. Omninò enim hic à Commentariis abſtineatur; neq; diſcipuli ad ediſcendos hosce verſus cogantur, neq; vaniſſima illa recitatione tempus inutiliter conteratur,) Perſonæ inter diſcipulos diſtribuantur, & poſtmodum vel cum, vel ſine habitu in medium producantur. Sic illi majore cum*

*voluptate ſua ediſcent, & dum loquitur unus centum audire poſſunt, & non pauca etiam memoriæ infigere.*

*IX. Artes quæ proponuntur, quoad Præcepta breviora, diſcipulis ediſcendæ & memoriæ mandandæ injungantur, & ad hoc examen certæ etiam horæ ſeligantur. Sic non erit quod de neglectu memoriæ quis juſtè conqueri poſſit.*

*X. Huic exercitio vel maximè etiam inſervient illæ Concertationes ſeu Diſputationes Scholaſticæ, quæ audiente Præceptore etiam ab ipſis diſcipulis inſtituuntur. Ubi Victori laus & commendatio, victo opprobrium & vituperatio debetur. Quæ quomodo tempeſtivè inſtitui poſſint, & quibus horis, brevi etiam diſpiciemus.*

*XI. Plutarchus hactenus quidem, non ſine fructu in Gymnaſio fuit propoſitus: Sed quamprimùm ad finem in Libello de Educatione Liberorum fuerit perductus, aſſumatur Teſtamentum novum Græcum, & primò cujusq; capitis argumentum vel tribus indicetur, poſtmodum textus tantùm explicetur, examinetur, Themata eruantur, imitationis exempla brevia proponantur. Sic enim ipſum Verbum divinum,*

*quo*

*quo in elegantia omnia & ἐμφατικὰ, & eâdem operâ ſacra addiſcent diſcipuli, optima dicta etiam non cogitantes ediſcent, ad Biblicam lectionem magis inflammabuntur, allegata Græca, quod fit in Theologicis lectionibus, dexteriùs percipient & excipient. Deniq; Evangeliorum Dominicalium cum cæteris textibus συνάφειαν & cohærentiam meliùs perſpicient.*

*XII. Exercitia Declamationum & Diſputationum in ejusmodi φροντιστηρίοις negligi ſine dedecore Præceptorum nec poßunt, nec ſine fructu Diſcipulorum debent. Hinc enim ingenia acuuntur, quæ percepta repetuntur, memoriæq; infiguntur, quæ dubia excutiuntur, ſtylus & loquendi ratio excoluntur, & deniq; Diſcipuli non Scholis tantùm, ſed & vitæ humanæ præparantur. Qua de cauſa & illa per vices ordine inſtituantur, ita, ut quovis menſe mox Declamatio, mox Diſputatio à Superioribus & primi Ordinis Profeßoribus habeatur, dirigente tamen & moderante hæc exercitia Rectore, cui & ipſi Extraordinarios actus inſtituere, prout ipſi videbitur, erit liberrimum. Diſputationes tamen quæcunq; ſint, Rectori primùm offerantur & exhibeantur, qui ſedulò cavebit, ne*

*forte βλάσφημα aut δύσφημα tegantur aut protegantur.*

*Hisce ſic excuſſis* DESIGNATIONES LECTIONUM DUAS *pro Primo Ordine nuper publicè exhibitas & approbatas, iterum exhibemus, quæ ſequuntur.*

DESI-

# DESIGNATIONES
## Lectionum Duæ,
Una
## GENERALIS,
## Pro Primo Ordine Gymnaſii
Eliſabethani, qvod eſt Vratislaviæ, per triennium σὺν θεῷ pertexendarum & abſolvendarum.

Altera

## SPECIALIS,
*Qvoad annum primum pro eodem ordine primo ſecundum dies & horas diſtributarum.*

Publicè propoſitæ xx. Nov. Anni M.DC.XVI.

à

*M. THOMA SAGITTARIO*
*ejusdem Gymnaſii Rectore & Profeſſore publico,*

& juſſu

INCLUTI SENATUS

impreſſæ.

# GYMNASI ELISABETHANI,

qvod eſt Vratislaviæ, Rector, & Profeſſor publicus, cæterarumq; Scholarum, qvæ ibidem, Inſpector

M. THOMAS SAGITTARIUS
L. S. P. D.

*QVOD non inſcitè Taurellus in Emblem: de urticâ:*

*-- leviter ſi tangis, adurit:*

*Idem & ego de vitiorum cumulo & velut gangræna non malè, credo, dixero. Hæc enim penitùs ſeſe inſinuarunt, & ipſas hominum fibras intimè occuparunt, ut niſi animoſè velut agmine facto fortia & exquiſita opponas medicamenta, Medicum eludant & elidant illa, & ipſe, ſi fors Apollo manum adhibeat, cum lacrymis conqueſturus ſit;*

*--non jam mutari pabula refert,*
*quæſitæq; nocent artes, ceſſere Magiſtri,*
*Phylirides Chiron, Amathoniusq; Melampus.*
*Sævit & in lucem ſtygiis emiſſa tenebris*
*Pallida Tiſiphone, morbos agitante metumq;,*

*inq;*

*inq́; dies avidum ſurgens caput altius effert.*

*Nec poteſt melius cedere aut procedere Natura, poſtquam jam prodidit & perdidit divinitùs inſita & indita dona & bona. Nempè*

*Nulla fuga eſt, comitante malo.*

*& quousq;*

*-- hæret lateri letalis arundo.*

*Unde non rarò qui ingenium Geniumq́; eruditione & vera ſapientia imbuiſſe jam dudum debuerat & excoluiſſe, ille, ut ariſta Taurelliana*

*-- levitate ſuperbit & exſtat:*

*Qui verò vitiis & delitiis divortium perpetuum annunciaſſe, ille, non ut Tantalus uſq; ad mentum aquis, ſed ſupra capillos etiam iisdem immerſus eſt, & cum procis Penelopes non immoratus ſed immortuus. Quam ſive ſortem ſive mortem Platonicam, ut meritò deteſtamur & execramur: Sic & omnibus viribus illuc annitemur, ut hanc noſtro è Gymnaſio, Scholisq́; nobis publicâ autoritate non ita pridem commiſſis:* Κατὰ τὸ δυνατὸν σὺν θεῷ καὶ μȣ́σαις *profligemus, & ultra Herculis columnas aut ultimam Thulen relegemus. Quo nomine tum alia de ſalute noſtrorum agitamus conſilia; tum noſtras operas publicas pro pri-*

*mo hujus Gymnaſii Eliſabethani ordine ita ordinatas, ut omnes Philoſophiæ partes unà cum Locis Theologicis & quotidiano Linguarum Latinæ, Græcæ & Hebraicæ exercitio per triennium abſolvi poſſint & explicari, hac in ὑποτυπώσει indicamus, & omnium bonorum, imò & malorum, (modò ne ſutor ultra crepidam) proſpectui, velut olim pictor quidam tabulas ſuas, exponimus, ut hâc ratione, juventus quaſi de penſo ſuo maturè præmoneri, & ut hoſtes ſuos, Inſcitiam puto & Nequitiam, velut globo facto & confertim adoriatur, incitari & inſtigari; Parentesq́ vel qui horum loco ſunt, liberos ſuos ordine ad diſciplinas perdiſcendas pro captu ſuorum deducere ipſi poſſint. Quibus & noſtris ſuos labores adjungent, & nobiſcum conjungent, Viri admodum Reverendi, Clariſſimi, & Doctiſſimi DN: ZACHARIAS HERMANNVS S. S. Theologiæ Doctor, Paſtor, & Inſpector Eccleſiarum & Scholarum Vratislavienſium meritiſſimus, in Epiſtola ad Romanos verè aurea, ſtrenuè pergendo: Et DN: DAVID RHENICSH ad D. Eliſabetham Eccleſiaſtes & Profeſſor digniſſimus, tum Examen Philippi Melanchthonis, tum Hebraica & Sphærica prælegendo, urgendo, &*

*do, &*

*do, & per triennium definitum abſolvendo. Vos modò, Diſcipuli mentem diſcendi cupidam, & amorem erga ſtudia ſolidum adferte vobiſcum & adducite. Faciemus, Deo noſtris benedicente, ut nec laborum, nec ſumptuum, nec temporis vos aut veſtros unquam pœniteat.*

# DESIGNATIO LECTIONUM generalis pro primo Ordine Gymnaſii Eliſabethani Vratislavienſis per triennium σὺν θεῷ pertexendarum & abſolvendarum.

M. *THOMAS SAGITTARIVS Rector prælеget COMPENDIVM THEOLOGICVM methodicè diſpoſitum, omneſq; locos breviter quidem, ſed nervosè tamen, comprehendens, illudq; per triennium definitum ad finem perducet, & unà quomodò ſecundum illa præcepta LOCI COMMVNES THEOLOGICI expeditè conſcribendi ſint, oſtendet.*

*II. 1. anno DIALECTICAM PHILIPPI MELANCHTHONIS optimis exẽplis illuſtratam, & quovis capite cum præceptis Neote-*

 rico-

ricorum collatam, Axiomatibus etiam ditatam. 2. VSVM EIVSDEM DIALECTICES tàm in ἀναλύσει optimorum autorum, quàm in γενέσει ſcriptorum propriorum. 3. METAPHYSICAM proponet & exponet, inſuper etiam docturus, quomodo in hisce LOCI COMMVNES DIALECTICI ET METAPHYSICI conſtituendi ſint.

III. PHYSICAM aggredietur hoc modo. 1. anno Somatologiam generalem, unà cum κοσμοποιΐα & ςοιχειολογία, ſeu Doctrina de Mundo & Elementis. 2. μετεωρολογίαν cum μεταλλογραφία, φυτολογία & Θηριογραφία, ſeu Doctrina de metallis, plantis, & animalibus brutis. 3. Libellum de Anima, quem vocant, vel potius ἀνθρωπολογίαν, ſeu Doctrinam de Homine, quæ σωματολογίαν & ψυχολογίαν continet, inculcabit, & hîc unà vivis exemplis ante oculos poſitis, monſtraturus, quomodo ſecundum dicta præcepta LOCI COMMVNES ſint colligendi.

IV. Extraordinariè, publicè tamen, PHILOSOPHIAM MORALEM docebit, & quidem 1. anno ETHICAM, quam aliàs vocamus GE-

NE-

NERALEM 2. OECONOMICAM & primam POLITICÆ partem, quæ eſt de conſtitutione Reip. 3. Cæteras POLITICÆ partes, quæ ſunt de adminiſtratione Reip. inſtituenda tempore tum pacis, tum belli, explicabit, unà modum etiam traditurus, quo ſecundum illa præcepta LOCI COMMUNES collocandi ſint.

V. Quod ſi captus & numerus diſcentium patietur, privatim INSTITUTIONES JURIS JUSTINIANEAS profitebitur, inq; illis uſum Logicæ ἀναλύσεως oſtendet, ita ut 1. Anno lib. 1. & 2. usq; ad Tit. 10. 2. d. lib. 2. tit. qui reſtant, & lib. 3. 3°. lib. 4. abſolvat, & regulas cuiq; titulo accommodatas ſubjiciat, unà etiam oſtenſurus vivis exemplis, quomodo & in jure LOCI COMMUNES comportandi ſint & ordinandi.

VI. Exercitia ſtyli in utraq; Oratione, ut & Declamationum & Diſputationum, quo modo & tempore inſtituenda ſint, ſpecialis lectionum deſignatio edocebit.

M. GEORGIUS SEIDELIUS 1. anno DIALECTICAM LOSSII repetendo percurret, & unà HORATII lib. 3. Odar. abſolvet, & 4. lib. in-

 choa-

*choabit. Sic etiam VIRGILII lib. 7. abſolvet, & 8. inchoabit, & PRÆCEPTA POETICA proponet. II. HORATII lib. 4. & VIRGILII lib. 9. III. VIRGILII Georgica & lib. Horatii Epodon pertexet.*

*M. JEREMIAS TSCHONDERUS 1. anno GRAMMATICAM GRÆCAM, prout neceſsitas & captus diſcentium poſtulabit, repetet, & libros tres priores Odyſs. HOMERICÆ, & Libellum Plutarchi de Educatione Liberorum, & in novo Teſtamento Matthæum. II. lib. 4. 5. & 6. Odyſs. Homer. In novo Teſtamento, Marcum & Lucam. III. lib. 7. 8 & 9. Odyſs. Homer. In novo Teſtamento Johannem & Acta Apoſtolorum abſolvet.*

*M. PETRUS GOTHARDUS 1. anno HISTORICA è Sleidano, RHETORICA Melanchthoniana* θετικῶς *&* ἐξηγητικῶς, *OFFICIA CICERONIS, & GEOMETRIAM quoad præcepta. II. Tres Dialogos Ciceronis de Oratore, GEODESIAM ad uſum Præceptorum oſtendendum, Hiſtorica è Sleidano continuabit. III. LOGISTICAM Aſtronomicam, Orationem Ciceronis pro*

*Mi-*

*Milone, & pro Archia, Hiſtorica è Sleidano, pertexet & abſolvet.*

*FRANCISCVS JVNGENITSCH, quantum quidem ad primum ſpectat ordinem, EVANGELIA DOMINICALIA Latino-Græca ſingulis ſeptimanis ordinaria proponet, & ut moris, examinando percurret.*

GOTFRIDVS WAGNERVS Cantor, *quoad hunc ordinem incluſus cæteris 1. anno ARITHMETICAM. 2. MVSICAM PRACTICAM. 3. MVSICAM POETICAM certa in præcepta conjectas prælegет, docebitq́;.*

DESI-

# DESIGNATIO LECTIONUM SPECIALIS

Qvoad annum primum pro ordine primo, ſecundum dies

Manè. & horas diſtributarum. A prandio.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| h. 7. & 8. Exercitia proſæ orationis emendant tres Profeſſores. | | h 9 Examen Philippi proponit David RheniſchEccleſiaſtes. | Die Lunæ. | 1 Muſicam exercet Gotfridus VVagner. | 2. Terentium M. Tſchonderus. | 3. Rhetoricā Philippi M Gothardus. |
| Homerum M. Tſchonderus. | Dialecticam Loſſii M. Seidel. | Dialecticam Philippi Rector. | Martis. | Officia Ciceronis M. Gothardus | Homerum M Tſchonderus | Rhetoticā Philip: M. Gothardus |
| Libellum de educat. liberor. M. Tſchonderus. | Virgilium M. Seidelius. | Dialecticam Philippi Rector. | Mercurii | Horatium M. Seidelius. | Compendium Grammatices Hebraicæ David Rheniſch Eccleſiaſtes. | Officia Ciceronis M. Gothardus. |
| Exercitia ligatæ Orationis emendant duo Profeſſores. | | Epiſtolam ad Romanos explicat Dn: D. Zacharias Hermannus. | Jovis. | Vacatio ab operis publicis. | | |
| Geometriam M. Gothardus. | Virgilium M. Seidelius. | Phyſicam generalem &c. Rector. | Veneris | Græcam Grāmatic: M. Tſchōderus. | Examen Philippi David Rheniſch Eccleſiaſtes. | Ethicam generalem Rector. |
| Evangelia Dominicalia Franciſcus Jungenitſch | Arithmeticam Gotfridus VVagner. | Hiſtorica è Sleidano M. Gothardus. | Sabbati. | Vacatio ab operis publicis. | | |
| h. 7. Compendium Theologicum præmiſſa Evangelii ordinarii ἀναλύσει Rector. | Concio publica. | | Solis | Veſpertinæ preces. | | |

Seqventibus annis qvid qvibusvis diebus & horis á nobis expectandum ſit diſcentibus, ſpeciales aliæ docebunt Lectionum conſignationes.

Et hoc ſignificamus:

# SINGULIS MENSIBUS DISPUTATIONES ET DECLAMAtiones publicæ & ordinariæ habebuntur & inſtituentur.

*Tu, DEUS alme tui qui conſtans Ordinis autor,*
*Ordo ſalutaris qvo ſiet ille, jube.*

V.P.P. Vratislaviæ xx. Novemb. ſtyl. nov.
Anni M. DC. XVI.

## QVOAD ORDINEM SECUNDUM.

*Hîc FINIS capita Pietatis, Linguasq́ᵹ, Latinam imprimis, & quodammodo etiam Græcā, artium quarundam Præcepta generaliora, & mores probos addiſcere, ut ſic præparati ad Ordinem primum cum laude promoveri, & veluti humeris noſtris deduci poßint.*

*MEDIA quoad CAPITA PIETATIS frequens itidem Concionum & Precum inviſitatio, & Lectionum Theologicarum auſcultatio. Illa hîc:*

*Catechiſmus Lutheri Latinus & Græcus.*

*Evangelium Græcum.*

*Inſigniores ex Compendio Theologico definitiones.*

*Quoad LINGVAS:*

*Grammatica Latina, qua in continetur Syntaxis & Proſodia.*

*Epiſtolæ Ciceronis.*

*Terentius.*

*Elegiæ Ovidianæ & Eclogæ Virgilianæ ſucceßivè.*

*Grammatica Græca.*

*Evangelium Græcum.*

*Cate-*

*Catechiſmus Lutheri.*

*Et imprimis frequentiſsima ſtyli exercitia. De quibus mox.*

*Quoad ARTES:*

*Principia Arithmeticæ & Muſicæ.*

*Dialecticæ Philippéæ Præcepta generaliora.*

*Philippéæ Rhetoricæ Præcepta generaliora.*

*Quoad MORES: Diligens Præceptorum admonitio, & non faciendorum ſeveriore diſciplinâ coercitio.*

*Jam* DE MODO ADHIBENDORUM ISTORUM MEDIORUM *pluribus.*

*I. Argumentorum Germanicorum prolixitas amoveatur, & dictentur argumenta ad calamum, nõ quatuor lineolarum ſpacium excedentia, idq; unâ ſeptimanâ ſæpiùs, ut mox oſtendam modum.*

*II. Proponantur Argumenta ſtylo proprio & ſignificante, non tropico aut ænigmatico. Hic enim ſermonis proprietas & puritas addiſcitur, non phalerata illa loquendi ratio.*

*III. Terentius crebriùs prælégatur, ut ſpecialis infra Lectionum oſtendet conſignatio.*

*IV. Sed ita prælegatur.*

*1. Tres aut quatuor tantùm Verſus quavis lectione proponantur.*

*2. Illi ter aut quater à Præceptore commodè & dilucidè exponantur.*

*3. Quo facto tres aut quatuor, non ſecundum ordinem, ſed ex turba promiſcuè eundem textum exponere jubeantur.*

*4. Hoc iterum expedito omnes & ſinguli illos Verſus* Germanicè *vertant, eamq́ verſionem in chartam, vel potius certum librum conjectam, Præceptori exhibeant.*

*5. Præceptor hanc accuratè examinet, & non tantùm Latina, ſed &* Germanica *probè excutiat.*

*6. Hoc iterùm peracto argumentum* Germanicum, *idq́ brevius, ex illo textu Terentiano ad imitationem mutatis pauculis Præceptor ſuppeditet. Quod ſequenti die offerent diſcipuli, & Præceptor etiam ipſe corriget.*

*7. Certis horis unam* Orationis *partem, mox nomen, mox verbum, &c. in* Grammaticis *ductu præſentis textus percurrat Præceptor.*

*V. Hinc ergò VERSIONES Præceptorum planè*

*con-*

*conquieſcant & conſileſcant. Dum enim illæ ſcribuntur & deſcribuntur, tempus abit, ut alia omittam incommoda.*

*VI. In explicatione Elegiarum & Eclogarum à multitudine planè ſeſe temperent Præceptores, & ultra tria diſticha, vel ſex Verſus non proponant, ſed ita*

*1. Exponant illa vel illos.*

*2. Exponere iterum pauculos è diſcipulis jubeant.*

*3. Partem Orationis unam percurrant.*

*4. Quantitatem pedum inquirant & excutiant.*

*VII. In Grammaticæ Compendio & Syntaxi paucula ſemel ediſcenda pueris proponant, neq; cogant, ut ediſcant prius, quã illa, quæ ediſcere debent, Germanicè expoſuerint. Ignota enim ediſcere puerorum carnificina eſt, & nullius uſus. Exempla ergò hîc præcepta explicent, & præcepta per crebras repetitiones confirmentur, & memoriæ infigantur.*

*VIII. Generalium Dialecticæ præceptorum, quæ definitiones & diviſiones tantùm continebunt, cognitione hic ordo planè carere non poteſt. Quando enim ad Ordinem primum deducuntur, ibi audire coguntur Dialecticam Philippi, & reſpondere ex Loſſio, cum ne terminum Dialecticum unquam audiverint. Ut ergò*

*communium Terminorum cognitionem, & totius ſyſtematis generalem diſcurſum prius teneant, omninò ex uſu & re ipſorum erit. Illa Præcepta συνοπ]ικῶς collecta Diſcipulis ſuppeditabuntur, & ita inculcabuntur, ut etiam in primo Ordine illis pòſt uti poſſint.*

*IX. Die Jovis h. 1. & 2. partim Verſus inverſi ex lectione vel Virgilii vel Ovidii nondum explicata aut excuſſa dentur: Partim quantitas & metrum unius aut alterius excutiatur.*

*X. In Epiſtolis Ciceronis idem obſervetur, quod in Terentio.*

*1. Lineolæ pauculæ exponantur.*

*2. Hanc expoſitionem tres aut quatuor ſubſequātur.*

*3. Germanicè illas vertant.*

*4. Hiſce verſis materia imitationis ſuppeditetur.*

*XI. Quoad Grammaticam Græcam ſcripſi ſupra ſententiam meam. Nempè: Præſtat uti una Grammatica in Tertio, Secundo, & Primo Ordine, ita: In Tertio incipiunt legere, declinare, conjugare. Hoc diſcant ex eâ ſemel, quæ approbabitur. In Secundo ulterius ducuntur, & conjugationes & temporum formationes difficiliores evolvere coguntur. Hoc iterum præſtabunt beneficio iſtius-ipſius Grammaticæ. In primo non tan-*

tùm

*tùm ſingulas voces, ſed & conjunctas conſiderare debent, imò Orationem ligatam & ſolutam Græcè quandoq; componere & exhibere. Et hoc item beneficio iſtius, ipſius Grammaticæ præſtabunt. Quam & ſi uno in libello didicerint, per totam vitam alia non indigebũt.*

*XII. Evangelium Græcum rectè proponitur, ſed diſcipulos cogere ut totum, imprimis ſi prolixum ſit, quãdoq; etiam nondum intelligatur, ediſcant, & memoriter decantent potiùs quàm recitent, inhumanum eſt, ne dicam ſtultum. Sufficiat ergò hîc unus aut alter Verſus, qui ex Evangelio cum judicio eruantur, & memoriæ infigantur. Idem eſto de Evangelio Latino judicium.*

*XIII. Catechiſmus D. Lutheri Latinus & Græcus optimè proponitur, ſed interim multis ſimul & ſemel ediſcendis pueros defatigare velle, non eſt boni Præceptoris. Sit modus in rebus, deturq; potius opera ut pauca, rectè percipiant, quam ut multa uno ſpiritu, & quidem non intellecta, ejiciant.*

*Hiſce ſic conſtitutis hæc LECTIONVM
in ſecundo Ordine erit ſeries &
facies.*

DESI-

# DESIGNATIO LECTIONUM
## pro Secundo Ordine.

| MANE. 1. | 2. | 3. | | A PRANDIO. 1. | 2. | 3. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Grammaticam latinam qvoad Etymologiã Fr Jungenitiꝰ. | Grammaticam latinam qvoad Syntaxin Cantor. | Terentium cum ſcripto Fr Jungenitius. | Die Lunæ | Ordines 1. & 2 cōjūgit & Muſicã exercet Cantor. | Elegiam ex Ovidio cum imitatione proponit Fr. Jungenitius. | Epiſtolas Ciceronis cũ ſcripto Fr Jungenitius. |
| Græcam Grammaticam M Gothardus. | Arithmeticam exercet Cantor. | Terentium cum ſcripto Fr. Jungenitius. | Martis. | Ordines 2. & 3 conjungit & Grãmaticam Græcam repetit Elias Major. | Epiſtolas Ciceronis cum ſcripto. | Dialecticæ Philippeæ præcepta generaliora tres Collegæ p vices. |
| Græcam Grammaticam M Gothardus. | Grammaticã latinã qvoad Syntaxin Fr. Jungenitius. | Rhetoricæ Philippeæ p̄cepta generaliora repetit M Gotthardus | Mercurii | Terentium cum ſcripto. | Arithmeticam Cantor. | Dialecticæ Philippeæ præcepta generaliora tres Collegæ p vices |
| Verſuum cōponẽdorum rationẽ & oblatorũ emẽdationem inſtituit F. Jũg: | Certamen Grammaticum qvoad Syntaxin inſtituit Cantor. | Terentium cum ſcripto Cantor. | Jovis. | Vacatio à publicis. | | |
| Grãmaticam latinam qvoad Etymologiam Fr. Jungenitius. | Certamen Grammaticum qvoad Etymologiam Fr. Jung. | Terentium cum ſcripto Cantor. | Veneris | Verſuum cōponendorum rationem & oblatorum emendationem inſtituit F. Junge: | Epiſtolas Ciceronis cum ſcripto Elias Major. | Certamen Dialecticũ & Rhetoricum alternatim. |
| Conjungit ordines 1. & 2 & Græcum Evangelium explicat Fr. Jungenitiꝰ | Catechiſmũ Lutheri Latinum & Græcum evolvit Fr Jungenitiꝰ | Qvæſtiones ex Examine Philippi p̄cipuas proponit & repetit Cantor. | Sabbati | Vacatio à publicis, præter preces veſpertinas, | | |
| Ordines 1 & 2 cōjungit & ἀνάλυσιν Evangeliorum & locos Theologicos proponit Rector. | Concio. | | Solis | Preces veſpertinæ, | | |

## QVOAD ORDINEM TERTIVM.

*FINIS hic eſt prima Pietatis, Linguarum, & quarundam artium initia, Mores etiam, qui cum ætate debent creſcere, perfectiùs quàm in quarto percipere.*

*MEDIA quoad PIETATEM, Concionum publicarum & Precum veſpertinarum crebra frequentatio, & Lectionum in ſacris diligens auſcultatio, vel etiam repetitio.*

*Illæ ſunt: Cathechiſmus Lutheri Latinus.*
*Evangelium Latinum.*

*QVOAD LINGVAS:*

*Compendium Grammaticæ Latinæ.*
*Epiſtolæ Ciceronis.*
*Colloquia Ludovici vivis.*
*Nomenclatura.*
*Evangelium Græcum.*
*Grammaticæ Græcæ initia infima.*

*QVOAD ARTES: Arithmeticæ } initia.*
*Muſicæ }*

*QVOAD MORES: Sedula ad Pietatem &*

*Probitatem adhortatio, & ſeverior, pro cujusq; conditione, delicti caſtigatio.*

*Jam de MODO ADHIBENDORUM ISTORUM MEDIORUM, prout requiret neceſſitas.*

*I. In ediſcendis lectionibus ſemper à multitudine abſtineatur, & non plures quàm tres aut quatuor lineolæ memoriæ infigendæ injungantur; Semper verò REPETITIO & omnium Vocularum accurata excuſſio urgeatur.*

*II. EXERCITIA ſtyli ex ſolis Ciceronis Epiſtolis, & Colloquiis Ludovici Vivis deſumantur. Ex Epiſtolis Ciceronis, ita:*

*1. Lineolæ tres aut quatuor* Germanicè *à Præceptore explicentur bis vel ter.*

*2. Tres aut quatuor è diſcipulis idem præſtare, ſed non ordine, verum ex promiſcuâ turbâ mox hîc, mox illîc eundem textum exponere jubeantur.*

*3. Statim Præceptor* Germanicum *exercitium ad imitationem ſuppeditet ſaltem caſibus & numeris, &c. inverſis aut mutatis.*

*4. Hoc argumentum ſi horâ promeridiana datum horâ poſtmeridianâ offeratur, & rurſum ſi poſtmeridiana datum promeridiana ſeq. diei offeratur.*

5 Obla-

5. *Oblatum Præceptor ipſe legat, non verò à diſcipulis lectum audiat. Sic enim an rectè ſcripta ſint, ſive Germanica, ſive Latina, melius ipſe animadvertere poteſt. Et ſic omnibus fermè diebus ſua habituri ſunt Exercitia Pueri.*

6. *Argumenta tàm Germanica quàm Latina, non in chartam, ſed certum & peculiarem libellum conjiciantur.*

7. *Materiæ vertendæ dictentur ad calamum non tabulæ aſcribantur. Quod ſi hîc quidam minus idonei apparuerint, illi progreſſu temporis ſenſim ſenſim Germanica excipere addiſcent, dabiturq́ inpoſterũ opera, ut qui hoc nondum præſtare poſſunt, in inferioribus Ordinibus ſedulò, in hoc etiam informentur & exerceantur.*

*III. Quod ſi aliquid temporis ſuperfuerit; aſſumatur ex textu præſente, mox Nomen, mox Verbum, &c. & ſemel una pars Orationis repetitione percurratur. Quod ſi non: ad ordinariam repetitionis horam hoc differatur.* EX COLLOQVIIS LVDOVICI VIVIS *ita:*

1. *Aſſumantur lineolæ tres aut quatuor.*
2. *Idem & faciant clarâ voce pueri non multi.*

*3. Hoc facto quivis prædictas lineolas vertat, & in librum peculiarem conjiciat, quam verſionem & Præceptor legat.*

*4. Quo iterum expedito, ſeponant pueri librum, & Germanica illa transferant in Latina. Si eadem obſervant verba: Benè eſt. Sin alia apponunt, modò rectè, non malè eſt. Sic enim fiet, ut non tantùm linguam, ſtylumq́; exerceant, ſed etiam ſua ſponte illa ediſcant, ad quæ aliàs magno labore vix aſpirare poſſunt.*

*IV. Nomenclatura tàm quoad vocabula Græca faciliora, quàm quoad Latina & Germanica hunc in uſum pro originibus nominum Latinorum, tum etiam pro ordine Declinationum & Conjugationum collecta & conſcripta peculiariter pueris typis etiam deſcripta tradetur.*

*V. Ex vocabulis Tria tantum ſub finem lectionis horæ 9. ediſcenda proponantur, hæc ſub finem horæ 3. à pauculis repetantur. Alii enim hæc audientes ſua ſponte ediſcent. Eâdem horâ 3. ſub finem iterum Tria addiſcēda injungantur, quæ hora 9. ſequentis diei eodem modo repetantur. Singulis tamen ſeptimanis in certamine generali, & hæc diſcipulus à condiſcipulo exigat, & ſic etiam ſæpiùs repetita tanto inhærebunt*

*fir-*

*firmiùs. Græca illa ad varia profutura ſunt. Hinc enim & Græca legere rectiùs diſcent pueri, quod hujus ordinis maximè proprium. Vocabulorum, quæ à Græcis deducta, noverint originem. Eâdem operâ Græca & Latina propter convenientiam facilimè addiſcent. Et deniq; rectè eadem pro origine Græca ſcribere potuerint. Aliter enim η, aliter ι, aliter υ, aliter θ, aliter ϊ. &c. in deductis & derivatis ſcribuntur, & ratione quantitatis etiam efferuntur. Quod quantum Proſodiæ inſerviat, nemo crediderit, niſi qui expertus eſt.*

*Hiſce per ſeptimanas aliquot ita expeditis adjungantur 1. NOMINA collecta ſecundum Declinationes.*

*2. VERBA collecta ſecundum Conjugationes ordine. Et non niſi ſummè neceſſaria & utilia, imò frequentia vocabula hîc proponantur. Cætera enim uſu & lectione annis ſubſequentibus addiſcenda.*

*Et hiſce etiam uti poterit Ordo Quartus & Quintus, ut indicabitur.*

*VI. Evangelium Latinum exponatur quidem & voculæ concinniores & latiniores excutiantur: Sed ad illud memoriæ infigendum imprimis ſi prolixum,*

*pueros cogère velle, exigui vel potiùs nullius eſt uſus. Planè ergò hæc tortura amoveatur.*

*VII. Grammaticæ Latinæ præcepta quòtidiè inculcentur & repetantur. Si qui tamen aliam alibi didicêre, illi ad noſtram hanc ediſcendam non cogantur, ſed uſus & examen ſemper urgeatur. Quo in ſi benè ſteterint, & rationem reddere potuerint, ſufficiat.*

*VIII. Grammatica Græca, quæ indicabitur, tantùm adhibeatur, ut pueri inde Græca legere, faciliora declinare addiſcant, & ſenſim ſenſim exemplari uni aſſueſcant.*

*IX. Sit quæcunque tandem ſit Grammatica, nullius præcepta antè quam Germanicè expoſita, ediſcenda proponantur, & unâ vice plures quàm tres regulæ, vel in Græcis Declinationibus Numerus ſingularis tantùm, aut pluralis tantùm, non aſſumantur.*

*X. Singulis Septimanis Certamina Scholaſtica in Grammatica utraque, ut & Nomenclatura inſtituantur, ita ut diſcipulus cum diſcipulo certet, & Victor præ aliis laudetur, quandoque etiam loco honeſtiore ornetur: Victus verò culpetur, & ſi ſæpiùs hoc fiat, etiam ad locum inferiorem detrudatur.*

*XI. Præceptores & ipſi loquantur latinè, & diſcipulos, idem ut faciant, inſtigent.*

*XII. Summatim: Pueris NIHIL ediſcendum proponatur, niſi prius ita expoſitum, ut ab omnibus intelligatur. Non intellecta enim ediſcere eſt duriſſima ingeniorum tortura.*

*Hiſce ſic conſtitutis hæc erit* LECTIONUM *pro tertio Ordine ſeries.*

# DESIGNATIO LECTIONUM pro Tertio Ordine.

| Mane. 1. | 2. | 3. | | A Prandio. 1. | 2. | 3. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Etymologiam latinam tractat. | Syntaxin Latinam. | Epiſtolas Ciceronis cum ſcripto & voculis tribus. | Die Lunæ. | Colloqvia Vivis cũ ſcripto. | Arithmeticam. | Epiſtolas Ciceronis cum ſcripto & voculis trib9 |
| Etymologiam Latinam. | Syntaxin Latinam. | Epiſtolas Ciceronis cum ſcripto & voculis tribus. | Martis. | Grammaticam græcam junctis 2 & 3 ordine qvoad lectionem. | Grammaticam Græcam qvoad recitationem. | Epiſtolas cum ſcripto & voculis tribus. |
| Etymologiam Latinam | Certamen qvoad Etymologiam Latinam | Epiſtolas Ciceronis cum ſcripto & voculis tribus. | Mercurii | Colloqvia Vivis cũ ſcripto. | Colloqvia Vivis cum aliqva orationis parte examinata. | Epiſt. Cicer. cum ſcripto & voculis tribus. |
| Exercitia ſi qvæ reliqva examinantur, vel una orationis pars occaſione text9 prælecti percurritur. | | Epiſtolas cum ſcripto & voculis tribus. | Jovis. | Vacatio à publicis. | | |
| Syntaxin Latinam. | Certamen qvoad Syntaxin. | Epiſtolas Ciceronis cum ſcripto & voculis tribus. | Veneris | Muſicam exercet Cantor. | Certamen qvoad Nomenclaturam. | Epiſtolas Ciceronis cum ſcripto & voculis trib9. |
| Evangelium Græcum tractatur. | Evangelium Latinum explicatur. | Catechiſmus Latinus Lutheri recitatur. | Sabbati | Preces Veſpertinæ. | | |
| | Lutheri Catechiſmus Germanicus & Latinus recitatur. | | Solis | Preces Veſpertinæ. | | |

# QVOAD ORDINEM QVARTUM.

*FINIS hîc eſt PIETATIS LINGVÆ LATINÆ, & quarundem ARTIVM prima fundamenta, majora tamen quam quæ in Quinto Ordine potuerunt, ut & MORES capere & addiſcere.*

*MEDIA quoad PIETATEM, Concionum & Precum veſpertinarum ſedulâ frequentatio, & Lectionum ſacrarum diligens repetitio:*

*Hæ ſunt: Evangelium Latinum.*

*Catechismus Lutheri.*

*Quoad LINGVAM LATINAM.*

*Grammaticæ præcepta generaliora.*

*Sententiæ Salomonis.*

*Fabulæ Æſopi.*

*Nomenclatura.*

*Dialogi Heyden, ſeu bonus dies.*

*Quoad ARTES, prout in hanc cadunt ætatulam.*

*Arithmeticæ & Grammaticæ Latinæ* } *Principia.*

*Quoad MORES frequentiſsima ad pietatem & probitatem adhortatio, & ſi quà delictũ objurgatio, quandoq; etiam realis emendatiõ.*

P Jam.

Jam DE MODO ADHIBENDORVM ISTORUM MEDIORVM.

I. Evangelium Latinum totum ediſcendum pueris non proponatur, ſed tantùm primarium aliquod, idq́ breviuſculũ, ex illo dictum, interim tamen Nomina & Verba, quæ in eo occurrunt, diligenter expendantur.

II. Catechiſmus Lutheri totus quidem ediſcatur, ſed tamen multitudine ediſcendorum pueri non obruantur.

III. Exercitia ſtyli ut ſint crebriora, ita procedatur.

1. Fabulæ Æſopi ita tractentur, ut ultra duas aut tres lineolas non producatur lectio. Hæ Germanicè exponantur.

2. Sic illis expoſitis à Præceptore quinq; aut ſex ex ordine clarâ voce Præceptorem imitentur, easdemq́ etiam exponant.

3. Quo facto Germanica ex textu breviuſculè tradat Præceptor v.c. Der Fuchß hat die Henne gefreſſen. Die Henne iſt vom Fuchſe gefreſſen worden &c. ut pueri non tantùm Etymologiæ, ſed & Syntaxeos uſum percipiant.

4. Dictorum verſio latina, quæ in peculiarem librũ conjecta fuerit, legatur ab ipſo Præceptore, & accuratè non tantùm quoad Latina, ſed & Germanica corrigatur.

*5. Hoc facto ſi quid ſupererit temporis ductu textus una Orationis pars percurratur v. c. Hodiè Nomen, cras Verbum, & ſic deinceps.*

*IV. Idem obſervetur in Sententiis Salomonis, ſic futurũ ut pro uno ſtyli exercitio ſingulis ſeptimanis duodecim habeãt, ꝙ in deſignatiõe Lectionũ mox apparebit.*

*V. Quoad Etymologica & Syntactica p̃cepta, ut & quoad Nomenclaturam ſingulis ſeptimanis Certamina inſtituantur. Ubi laus victoris, dedecus & vituperium victi erit. Utrumq; magnum ad eruditionem & diligentiam majorem ὁρμητήριον. Poſſent etiam præmiola diſtribui, quæ unde ſumenda mox diſpiciemus.*

*VI. Nomenclatura, quæ pro ordine Tertio ſecundũ Declinationes & Conjugationes concinnabitur, cõmodius, quam illa conſueta, & hîc adhibebitur, ſed ita, ut huic tractationi peculiaris hora non tribuatur, neq; per totum ordinem recitatione tempus conteratur: Sed ut ſub finem hor. 9. tres, ſub finem hor. 3. iterum tres tantùm voculæ ediſcendæ proponantur, & modò ab hoc, modò ab illo promiſcuè repetantur.*

*VII Præceptores & hîc unicè dent operam, ut pueros conſuetis loquendi formulis latinè alloquantur, puerosq; ut idem faciant, adhortentur ſæpius.*

*Hiſce ſic excuſſis talis erit Lectionum pro Quarto Ordine ſeries.*

# DESIGNATIO LECTIONUM
## pro Quarto Ordine.

| Mane. 1. | Mane. 2. | Mane. 3. | | A Prandio. 1. | A Prandio. 2. | A Prandio. 3. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Catechiſmum Lutheri recitant. | Evangelium Latinum Germanicè reddunt. | Ex Evãgelio ſententia inſignior recitatur cum tribus voculis ediſcendis | Lunæ. | Arithmeticam. | Syntaxin. | Sententiam Salom. cum argumentulo & voculis trib9 |
| Sententiam Sal. cum argumentulo. | Compendium Grammatices qvoad Etymologiam. | Fabulæ Æſopi cum argumentulo & voculis tribus. | Martis. | Syntaxin. | Dialogos Heiden. | Sententiam Salom. cum argumentulo & voculis trib9 |
| Sententiam cum argumentulo. | Compendium Gram. qvoad Etymol. | Fabulæ Æſopi cum argumentulo & voculis tribus. | Mercurii | Syntaxin. | Dialogos Heiden. | Sententiam cum argumentulo & voculis tribus. |
| Sententiam cum argumentulo. | Compendium Gram. qvoad Etymologiam. | Fabulas Æſopi cum argumentulo & voculis tribus. | Jovis. | Feriæ. | Scriptio. | Feriæ. |
| Sententiam cum argumentulo. | Certamen qvoad Etymologiam. | Fabul. Æſopi cum argumentulo & voculis tribus. | Veneris | Arithmeticam. | Certamen qvoad Syntaxin. | Certamen qvoad Nomenclaturam. |
| Sententiarum omnium repetitionem. | Evangelium Latinum explicatur. | Catechiſmũ Lutheri cum tribus voculis. | Sabbati. | Feriæ. | Scriptio. | Feriæ. |
| | Catechiſmum Lutheri Germanicum. | | Solis | Feriæ. | Preces Veſpertinæ. | Feriæ. |

## QVOAD ORDINEM QVINTUM.

*FINIS hîc eſt PIETATIS, Linguæq́ Latinæ, quoad Declinationes, Conjugationes, ipſamq́ etiam ſcriptionem, prima rudimenta ponere, & Mores hâc ætatulâ dignos, ſibi comparare.*

*MEDIA, quoad PIETATEM, Concionum & Precum veſpertinarum ſedula frequentatio, & Lectionum, quæ ſacra tractant, diligens evolutio.*

*Hæ ſunt: Sacra ex Evangelio.*

*Evangelium Latinè & Germanicè ſcriptum,*

*Catechiſmus Lutheri.*

*Quoad LINGVAM LATINAM:*

*Compendium M. Seidelii.*

*Donatus M. Seidelii.*

*Verbum & nomen ſcribendum & formandū.*

*Nomenclatura.*

*Sententiæ Mimi.*

*Quoad MORES crebra ad Pietatem & Probitatem adhortatio, vitiorumq́ vitæ frequens emendatio.*

*Jam DE MODO ADHIBENDORVM MEDIORVM paucula.*

*1. Nomenclatura illa, quæ ſecundum Declinationes*

*& Conjugationes concinnabitur, etiam commodiſsimè adhibebitur. Sic enim quod in Quinto didicerunt, etiam in Quarto & Tertio Ordine repetent, & quotidiè ad uſum transferre addiſcent.*

*II. Ex ſententiis Mimi ſemper phraſes conjunctæ etiam depromantur, & diſcipulis inculcentur, ut ſic unà Grammatices vim & uſum perſpiciant.*

*III. Præcepta Grammatica nulla, ut nec ſententiæ Mimi, aut Catechiſmus Lutheri pueris ediſcenda tradantur, niſi prius Germanicè expoſita ſint, & ab illis probè intelligantur.*

*IV. In recitando puerorum ταχυγλωττίαν, & loquendi celeritatem Præceptores prudenter corrigant.*

*V. Certamina Scholaſtica, quoad Compendium, Donatum, & Catechiſmum Lutheri recitanda ſingulis Septimanis inſtituantur, eo, quo in aliis Ordinibus, modo.*

*Hiſce ſic conſtitutis hæc LECTIONUM*
*in quinto Ordine erit*
*ſeries.*

DESI-

# DESIGNATIO LECTIONUM
## Pro Ordine Quinto.

| MANE. 1. | 2. | 3. | | A PRANDIO. 1. | 2. | 3. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Evangelium Lat. & German. ſcriptum exhibetur. | Compendium recitatur. | Donatus recitatnr cum tribus vocabulis. | Lunæ. | Nomen & Verbum ſcriptum exhibetur. | Compendium recitatur. | Sententia Mimi cum tribus vocabulis tractatur. |
| Catechiſmus Lutheri cum Qvæſtionibus. | Compendium. | Donatus cum tribus vocabulis. | Martis. | Nomen & Verbum ſcriptum exhibetur. | Compendium. | Sententia Mimi cum tribus vocabulis. |
| Catechiſmus Lutheri German. cum Quæſt. | Compendium. | Donatus cum tribus vocabulis. | Mercurii | Nomen & Verbum ſcriptum exhibetur, | Compendium. | Sententia cum tribus vocabulis. |
| Catechiſmus Lutheri. | Compendium, | Donatus cum tribus vocabulis, | Jovis. | Vacatio à publicis. | | |
| Catechiſmus. | Donatus, | Certamen qvoad Donatum cum tribus vocabulis. | Veneris | Nomen & Verbum ſcriptum exhibetur | Compendium. | Certamen qvoad Cõpendium cum tribus vocabulis. |
| Certamen qvoad Catechiſmum Luther. utrumq;. | Evangelii ſuccinctior ſententia explicatur & recitatur. | Certamen qvoad vocabula prædicta. | Sabbati. | Preces veſpertinæ. | | |
| | Catechiſmus Lutheri recitatur. | | Solis. | Preces Veſpertinæ. | | |

# QVOAD ORDINEM SEXTUM.

*FINIS hîc eſt omnium prima Pietatis, Eruditionis, & Morum, quà hanc in ætatulam cadunt, jacere fundamenta.*

*MEDIA quoad PIETATEM, Concionum & Precum veſpertinarum, ut & Scholaſticarum quotidianarum ſedula & pia meditatio, & Lectionum ſacrarum crebra repetitio.*

*Hæ ſunt: Catechiſmus Lutheri Germanicus.*

*Evangelium Germanicum.*

*QVOAD ERVDITIONEM:*

*Legere.*

*Scribere.*

*Sententiolas & Vocabula addiſcere.*

*QVOAD MORES: Sedula ad Virtutes huic ætatulæ convenientes, imprimis ad obedientiam Parentibus & Præceptoribus debitam, ad ſedulitatem, ad taciturnitatem facta commodorum ſubſequentium mentione adhortatio, blanda etiam & paterna caſtigatio.*

*Jam DE MODO ADHIBENDORVM ISTORVM MEDIORVM paucula.*

I. Hîc accuratè danda eſt opera, ut pueri BENE SCRIBERE & RECTE LEGERE diſcant, quod fiet, ſi ipſe Præceptor non tantùm formam præſcribat, quàm in ſcribendo æmuletur diſcipulus: Sed etiam ſcribentis manum quandoq́; ipſe dirigat. Quo in Compendium magnum eſt, ſi tantùm unam literam ſeorſim diſcipulus pingat & depingat, usq́; dum illam rectè efformet. Una enim & eadem actio ſæpiùs repetita habitum citius inducit, quàm interrupta alia quadam varietate, id quod fit ſi totum A b c ſimul ſcribendum.

II. Simul ſcribere & legere diſcant. Imò vidi qui ex ſcriptione lectionem ſunt aſſecuti.

III. Multis ediſcendis non onerentur pueruli.

IV. Uti nec ſententiis ediſcendis, ſed tantùm nudis vocabulis exerceantur.

V. Quo in & in hoc Compendii loco habeo: Quamprimùm ex A b c, Oratione Dominica &c. emerſerunt, ſtatim Donatus M. Seidelii ipſis tradatur legendus, & ſingulis diebus voces tres verſæ prius Germanicè ediſcendæ illis ex eodem Donato proponantur v. c. Penna eine Feder/ Menſa ein Tiſch/ Scamnum eine Banck/ &c. Sic ſenſim aſſueſcent libro, & non paucos inter legendum arripient terminos, quos poſtmodum

*de novo magno labore addiſcere non cogentur. Semper enim & hîc aliquid hæret.*

*VI. Pueri dum illa, quæ didicêre recitant, accuratè obſervent Præceptores, ut decenter ea recitent, non murmurantes, non cantillantes, non capite vacillantes, & ſi quæ alia in recitatione occurrunt ſæpè vitia, quæ cautè inhibeant, vel potius amoveant omnia. Nam & hîc*

*--- à teneris aſſueſcere multum eſt.*

*Hiſce ſic declaratis hæc erit Operarum pro Sexto & ultimo hoc Ordine ſeries.*

DE SI.

# DESIGNATIO OPERARUM
## pro Ordine Sexto.

| Mane. 1. | 2. | 3. | | A Prandio. 1. | 2. | 3. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Capita Catechiſmi recitantur. | Legunt & ſcribunt. | Legunt & ſcribunt. | Lunæ. | Legunt & ſcribunt. | Legunt & ſcribunt. | Sententiola & vocabula tria proponuntur. |
| Capita Catechiſmi recitantur. | Legunt & ſcribunt. | Legunt & ſcribunt. | Martis. | Legunt& ſcribunt. | Legunt & ſcribunt, | Sententiola & vocabula tria proponuntur. |
| Capita Catechiſmi recitantur. | Evangelium Germanicum legunt. | Sentētiolam ex Evangelio Germanico recitant. | Mercurii | Legunt& ſcribunt. | Legunt & ſcribunt. | Sententiola & vocabula tria proponuntur. |
| Capita Catechiſmi recitantur. | Legunt & ſcribunt. | Legunt & ſcribunt. | Jovis | Vacatio à publicis. | | |
| Capita Catechiſmi recitantur. | Legunt & ſcribunt. | Legunt & ſcribunt. | Veneris | Legunt& ſcribunt | Legunt & ſcribunt. | Sententiola & vocabula tria proponuntur. |
| Capita Catechiſmi recitantur | Evangelium Germanicum repetunt. | Capita Catechiſmi recitant. | Sabbati. | Preces veſpertinæ. | | |
| | Evangelium & Catechiſmus repetitur. | | Solis | Preces veſpertinæ. | | |

Et tantùm de Lectionibus Gymnasl Eliſabethani: Nunc & aliarum Scholarum Vratislavienſium Lectiones videamus & ordinemus.

# II. DE SCHOLIS CÆTERIS.

## Et 1. quidem de Scholâ Mariæ-Magdalenæ.

### *QVOAD ORDINEM I.*

*FINIS eſt Pietatis, Linguarum, imprimis Latinæ, Græcæ, & Hebrææ, ut & artium inferiorum cognitio ſobria, morumq́; & vitæ inſtitutio congrua.*

*MEDIA quoad PIETATEM frequentiſſima Precum & Concionum inviſitatio, & attenta Lectionum Theologicarum auſcultatio. Illæ jam ſunt:*

*Epiſtola ad Romanos.*

*Examen Philippi.*

*Evangelia Dominicalia.*

*Quoad LINGUAS: Exercitiorum tàm in proſâ quam ligatâ Oratione inſtituendorum crebra adornatio, & linguæ, imprimis Latinæ quotidiana uſurpatio. Quibus inſerviunt.*

*Terentius.*

*Epiſtolæ Ciceronis.*

*Hora-*

*Horatius.*

*Virgilius.*

*Theognis.*

*Teſtamentum novum Græcum.*

*Initia Hebrææ Grammaticæ.*

*Quoad ARTES:*

*Grammatica Latina & Græca.*

*Dialectica Philippi.*

*Rhetorica Philippi.*

*Muſica.*

*Arithmetica.*

*Quoad MORES accurata Legum Scholaſticarum obſervatio, & Diſciplina ſeverior.*

*Jam* DE MODO ADHIBENDORUM ISTORUM MEDIORUM.

*I. Materia Exercitiorũ tàm in proſâ quàm in ligatâ Oratione ex autore, qui prælegitur, v. c. Cicerone, Virgilio &c. deſumatur. Sic enim diſcentes ſtatim habebunt quod imitentur, & ad quod tanquam exemplar ſeſe conforment, tædiumq́ illud ſcribendæ & deſcribendæ verſionis planè evaneſcet.*

*II. Dialectica Philippi ſingulis annis abſolvatur, & Diſcentes non tàm vanis Commentariis, aut Præcepto-*

*ceptorum conſuetorum diſtorſionibus onerentur, quam crebris repetitionibus, & vero Præceptorum Philippicorum intellectu confirmentur.*

*III. Rhetorica & illa anno quovis percurratur, & exemplis quotidianis & velut domeſticis illuſtretur.*

*IV. Quod ut eò fiat commodius ſingulis menſibus Declamationes de materiis ſcitu neceſſariis, diſcentibus tamen quodammodo notis inſtituantur, & quidem in utraq; Oratione alternatim.*

*V. Et inſtituantur à tribus ſuperioribus Collegis ordine. Omne enim onus in Ludimoderatorem devolvi nec poteſt, nec debet.*

*VI. Dialectica ut ſuperioribus evadat dulcior, & cognitu facilior, Compendium illud Philippéum, quod pro Ordine ſecundo Gymnaſii noſtri concinnatum eſt, Claſſibus inferioribus hujus Ordinis ediſcendum, prius tamen, ubi opus, per exempla breviſſimè explicatum proponatur, & creberrimè repetatur. Inde enim guſtum Præceptorum percipient, & Terminos Dialecticos levi opera & labore facili addiſcent.*

*VII. Quoad uſum Dialectices Diſputationes ex*

 *Lectio-*

*Lectionibus, mox Dialecticis, mox Rhetoricis deſumptæ adornentur.*

*VIII. Et adornentur à tribus ſuperioribus Collegis ordine, idq́ mutatis vicibus, ut nempè hoc menſe Declamatio, altero Diſputatio habeatur. Sed habeatur non ea Septimana, aut eo die, quo in Gymnaſio eadem Exercitia inſtituuntur, ſed diverſis.*

*IX. Diſputationes Rectoris prius offerantur legendæ & cenſendæ. Qui & ipſe, niſi graviora incidant negotia, & impedimenta, illis interfuturus eſt, easq́ ſuâ præſentiâ moderaturus.*

*X. Quoad Grammaticam Græcam, & illa quæ pro Gymnaſio conſcripta, & hîc inculcetur. Sed ita, ne ediſcendorum Præceptorum multitudine ingenia obtundantur & obruantur.*

*XI. Terentius tantùm Germanicè exponatur, non verò ediſcendo illo tempus teratur, niſi tum, quando Comœdia una abſoluta, ibi Perſonæ diſtribuantur, & vel cũ vel ſine habitu in Scenam producantur. Hoc tamen ad ferias Scholaſticas ſemper differatur, ne hisce παρέργοις ipſa ἔργα interturbentur, aut planè ſupprimantur. ἡδύσμαλα ſint hæc non ἐδέσμαλα. Aliàs*

*Comæ-*

*Comœdia nulla absq; conſenſu Rectoris à quoquam inſtituatur. Quantum enim hinc, imprimis ſi clancularia ſint, diſciplina laxetur, vel ipſa loquitur experientia.*

*XII. Iſocrati Novum Teſtamentum Græcum ſubſtituatur, ob cauſas ſupra etiam appoſitas.*

*XIII. Repetitiones creberrimè urgeantur. Quem in uſum &* Certa Examina quotannis in præſentiâ Dn. Præſidum & Rectoris *habebuntur, & Promotiones inſtituentur.*

*XIV. In Theognide, prius tamen quoad paucos verſiculos ſemel, explicato & verſuum & quantitatum, maximè inveſtigatio & evolutio attendantur, ut hinc unà cum Græcis etiam Proſodiam addiſcant.*

*XV. Et ſummatim tàm Docentes quàm Diſcentes ambobus oculis ad Gymnaſium reſpiciant ſeq;, quoad fieri poteſt, ad ſupra præſcriptas & LEGES & LECTIONES undiquaq; conforment & componant, ut & hîc δυσφημία & δυσφωνία omnis, quæ aliàs inter ejusmodi Scholas non rarò gliſcere, vel etiam hiſcere incipit, evitetur, & ad extremos Garamantas noſtris ex alveolis & φροντιστηρίοις ablegetur. Scho-*

*las*

las noſtras unum Corpus eſſe volumus. Cujus una ſit anima, Concordia, quo & nomine unum Caput, Rectorem, eidem propoſuimus; nec monſtrum biceps aut triceps unquam hîc feremus.

--- Concordia nutrit amorem.

Et -- Muſas Concordia nutrit.

*Hiscc ſic ordinatis DESIGNATIO LECTIONUM pro primo hujus Scholæ Ordine hæc erit.*

# DESIGNATIO LECTIONUM
## Pro Primo Ordine.

| Mane. 1. | 2. | 3. | | A Prandio. 1. | 2. | 3. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Exercitia proſæ Orationis emendantur. | | Terentius. | Die Lunæ. | Etymologia Latina. | Epiſtolæ Ciceronis. | Virgiliꝰ vel Horatiꝰ alternatim |
| Rhetorica. | Examen Theologicum. | Dialectica. | Martis. | Syntaxis Latina. | Grammatica Græca | Terentius. |
| Rhetorica. | Virgilius. | Dialectica. | Mercurii | Muſica. | Etymologia Græca. | Terentius. |
| Exercitia ligatæ orationis emendantur. | | Lectio ſacra Reverendi Dn: Doctoris ubi ordines hi primi conjunguntur. | Jovis. | Vacatio ab operis publicis. | | |
| Epiſtola Ciceronis. | Theognis, Heſiodus aut Homerus ſucceſſivè. | Dialectica. | Veneris | Theognis. | Arithmetica. | Syntaxis Græca. |
| Etymologia Græca | Repetitio Evangelii Grçci. | Novum Teſtamentum. | Sabbati. | | Preces veſpertinæ. | |
| Evangelium Græcum. | Concio ſacra. | | Solis | | Preces veſpertinæ. | |

*Si qui provectioris ſunt ætatis & Phyſica, Ethica, vel etiam Mathematica deguſtare voluerint, illi, cum conſenſu tamen Præceptoris, ad Gymnaſium, illa hora, qua hæc proponuntur, dimittantur. Quo in ne fucus aliquis aut ὕπουλον lateat, Præceptor Lectiones illas quandoq; à diſcipulis illis repetat, & nū deſcriptas illas habeant, probè inquirat. Vulpi vulpes opponenda eſt, & verſutiæ verſipelli ſapientia & prudentia ſagacior.*

## QVOAD ORDINEM SECUNDUM.

*FINIS capita Pietatis, Linguasq;, Latinam, & nonnihil etiam Græcam, artium quarundam Præcepta communiora, & mores hanc ætatem decentes addiſcere.*

*MEDIA quoad CAPITA PIETATIS frequens Precum & Concionum inviſitatio, & Lectionum Theologicarum attenta auſcultatio.*

*Illæ hîc: Evangelium Græcum.*
*Examen Philippi.*
*Catechismus Lutheri.*

*Qvoad LINGUAS: Epiſtolæ Ciceronis.*
*Terentius.*
*Grammatica Latina.*

Grammatica Græca.
Sententiæ ex Ovidio &c.
Evangelium Græcum.
Nomenclatura.

QVOAD ARTES:

Grammatica utraq;.
Muſica.
Arithmetica.

QVOAD MORES: Crebra virtutum commendatio, & vitiorum etiam vituperatio, & delinquentium cauta caſtigatio.

Jam DE MODO ADHIBENDORVM ISTORVM MEDIORVM paucis.

I. Argumenta brevia pueris proponantur, &, ſi illi aßequi poſſunt omnes, dictentur: Sin minùs, ut hactenus tabulæ aßcribantur.

II. Terentius & Epiſtolæ Ciceronis eo etiam modo prælegantur, quo in Gymnasi Ordine ſecundo. De quo ſuprà pluribus.

III. Hinc materia argumentorum deſumatur, & verſiones Præceptorum conſopiantur pauliſper & ſepeliantur. Rationes attactæ ſuprà.

IV. Evangelii Latini textus integer memoriæ mandan-

*dandus non urgeatur: Sed in lectione Græcâ exerceantur diſcipuli, & Periodum unum, ſive Græcum, ſive Latinum memoriæ infigere, & publicè recitare jubeantur.*

*V. Sententia ex Ovidio &c. exponatur, & exinde uſus Grãmaticæ, imprimis tamen Proſodiæ, urgeatur.*

*VI. Certamina eo etiam modo, quo ſuprà indicatum, inſtituantur.*

*VII. Nomenclatura quæ concinnata brevi ſuppeditabitur, etiam eo modo inculcetur & repetatur.*

*VIII. Grammatica Græca, quæ in primo Ordine tractabitur, & hîc inchoetur, quoad Præcepta faciliora & captum diſcentium.*

*IX. Ad Muſicam hîc pueri probè & maturè etiam q. præparentur. Hîc enim ſi negligantur, in primo Ordine vix hic defectus ſupplebitur.*

*Hisce ſic ordinatis hæc emerget Lectionum ſeries pro Ordine ſecundo.*

# DESIGNATIO LECTIONUM

## Pro Secundo Ordine.

| Mane. 1. | 2. | 3. | | A Prandio. 1. | 2. | 3. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Grammatica Latina qvoad Etymologiam. | Grammatica Latina qvoadSyntaxin. | Terentius cum ſcripto. | Die Lunæ. | Periodus ex EvangelioGręco recitatur & examinatur. | Grammatica Græca recitatur. | Terentius cum ſcripto. |
| Grammatica Latina qvoad Etymologiam. | Grammatica Latina qvoadSyntaxin. | Terentius cum ſcripto. | Martis. | Epiſtolæ Ciceronis cum ſcripto. | Sententia ex Ovidio reſolvitur &qvantitas ſyllabarum inveſtigatur. | Terentius cum ſcripto. |
| Grammatica Latina qvoad Etymologiam. | Grammatica Latina qvoadSyntaxin. | Terentius cum ſcripto | Mercurii | Exercitiũ Muſicæ. | Arithmetica. | Certamen qvoad Etymologiam. |
| Examẽ Philippi cum Catechiſmo Lutheri. | Pars Grammaticæ pro ductu textꝰ examinatur. | Terentius cum ſcripto. | Jovis. | Exercitium καλλιγραφίας. | | Vacatio. |
| Grammatica Græca. | Certamen qvoad Syntaxin. | Terentius cum ſcripto. | Veneris | Pars Grãmaticæ pro ductu textꝰ examinatur. | Sententia ex Ovidio &c. | Certamen qvoad Nomenclaturam. |
| Grammatica Græca. | Textus Evãgelii Græcus explicatur. | Examen Philippi grandioribus, Catechiſmꝰ Lutheri junioribus proponitur. | Sabbati. | Exercitiũ καλλιγραφίας | Preces veſpertinæ. | Vacatio. |
| Evangelium Dominicale proponitur conjunctis ordinibus. | Concio ſacra. | | Solis. | Preces veſpertinæ. | | |

## QVOAD ORDINEM TERTIUM.

*FINIS eſt prima Pietatis, Linguarum & artis Grammaticæ initia quodammodò, & mores etiam probos addiſcere.*

*MEDIA: Quoad PIETATEM: Precum & Concionum ſedula auſcultatio, & lectionum ſacrarum frequens repetitio.*

*Illæ pro hâc ætate hæ ſunt:*

*Evangelium Germanicum.*

*Catechiſmus Lutheri Latino-Germanicus.*

*Quoad LINGVAS:*

*Grammatica Latina.*

*Dialogus puerilis.*

*Sententiæ Catonis.*

*Quoad MORES: Diligens Præceptoris inſpectio & defectuum emendatio.*

*Jam DE MODO ADHIBENDORVM ISTORVM MEDIORVM pauciſſimis.*

*I Prædictæ Lectiones omnes quomodo tractandæ ex ſupra dictis conſtat.*

*II. Paucis: Recitatio Catechiſmi & Latini & Germanici hîc vel maximè urgeatur. Evãgelio Latino*

*eiusq; operoſa & tædioſa recitatione facilè carere pote-runt diſcipuli.*

*III. In Dialogo puerili à multitudine abſtineatur, & ex pauculis illis verbis Scriptulum ſeu Argumentulum ſuppeditetur.*

*IV. Quod Scriptum offeratur à Diſcipulo, & corrigatur à Præceptore in eo, quo exhibetur, libello.*

*V. Sub finem dictæ Lectionis tres tantùm Voculæ ex Nomenclatura, quæ hunc in uſum concinnabitur, ediſcendæ pueris tradantur. Quæ & eo, quo ſupra tactum, ordine examinentur, & demum pleræq; in certamine peculiari repetantur.*

*VI. Partes Orationis diſtinctæ diſtinctis temporibus percurrantur, & excutiantur, modò integræ, modò dimidiatæ, prout tempus & captus diſcentium feret.*

*Hiſce breviter ſic excuſſis hæc erit Lectionum pro Tertio Ordine ſeries.*

DESI-

# DESIGNATIO LECTIONUM
## Pro Tertio Ordine.

| MANE. 1. | 2. | 3. | | A PRANDIO. 1. | 2. | 3. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Recitatur Catechiſmꝰ Germanico Latinus. | Idem ſecundum unam Orationis partem excutitur. | Compēdium Latinum qvoad Etymologiam recitatur. | Die Lunæ. | Sententia Catonis proponitur. | Et inde pars Orationis una excutitur. | Dialog us puerilis cum ſcriptulo & voculis tribꝰ. |
| Recitatur Catechiſmꝰ Germanico Latinus. | Idem ſecundum unam Orationis partem excutitur. | Compendium Latinum qvoad Syntaxin. | Martis. | Sententia Catonis proponitur. | Et inde pars Orationis una excutitur. | Dialogus puerilis cum ſcriptulo & voculis tribꝰ |
| Pſalmus ſcriptus exhibetur. | Grammatica examinatur. | Dialogus cum ſcriptulo & voculis. | Mercurii | Sententia Catonis. | Et inde pars Orationis una excutitur. | Dialogus puerilis cum ſcriptulo & voculis tribus |
| Pſalmus ſcriptus exhibetur. | Grammatica examinatur. | Dialogus cum ſcriptulo & voculis. | Jovis. | Vaca- | Scriptio. | tio. |
| Pſalmus ſcriptus exhibetur. | Certamen qvoad Grammaticam inſtituitur. | Dialogus cum ſcriptulo & voculis. | Veneris | Sententia Catonis. | | Dialogus cum ſcriptulo & voculis tribus. |
| Catechiſmꝰ Germanicus tractatur. | Catechiſmꝰ Latinus recitatur. | Evangelium Germanicum recitatur. | Sabbati. | Vaca- | Preces veſpertinæ. | tio. |
| Preces matutinæ. | | | Solis | Preces veſpertinæ. | | |

## QVOAD ORDINEM QVARTUM.

*FINIS Pietatis & Linguæ Latinæ jacere fundamenta mediocria, & unà etiam Scriptionem commodam & convenientem addiſcere.*

*MEDIA quoad PIETATEM: Concionum & Precum inviſitatio, & diligens Lectionum ſacrarum repetitio.*

*Illæ hæ: Catechiſmus Lutheri.*

*Evangelium German. & Latinum.*

*Quoad Linguam LATINAM:*

*Donatus.*

*Sententiæ Helwigii.*

*Colloquia Heidenii.*

*Nomenclatura.*

*Compendium Helwigii.*

*Quoad SCRIPTIONEM:*

*Pſalmorum deſcriptio, & alia hujus generis Exercitia.*

*Jam DE MODO ADHIBENDORUM MEDIORUM.*

*1. Evangelium deſcriptum manu pueri rectè offertur. Præceptor tamen accuratè omnia perpendat, & ſi qua*

*qua in ductione lineolarum, aut literarum erratum, puerum admoneat, idq́ ipſe corrigat. Sed Latinum totum ut memoriter recitetur, opus non eſt, nec magnoperè prodeſt diſcenti. Ex illo ergò tantùm ſententia quædam excerpatur, priùs Germanicè exponatur, & pòſt memoriæ demùm infigenda injungatur.*

*2. Hæc ipſa ſententia Evangelica hora ſubſequente excutiatur, & inde Examen Grammaticum inſtituatur.*

*3. Sententia ex Helwigio una ſingulis horis tantùm proponatur, cui ſemper ex Nomenclatura nova tres voculæ ediſcendæ ſub finem adjicientur.*

*4. Recitato Helwigii Compendio (quo in & à multitudine ſemper abſtinendum) exinde argumentulum tribus aut quatuor voculis conſtans excerpatur, & pòſt etiam Latinè verſum à Præceptore corrigatur, vel etiam examinetur.*

*5. Certamina ſingulis ſeptimanis tàm quoad Donatum, quàm quoad Nomenclaturam inſtituantur. Diligentes laudentur, negligentes vituperentur, quandoq́ etiam pro modo ſocordiæ caſtigentur.*

*Hiſce ſic ponderatis, hæc erit Lectionum pro Ordine quarto ſeries.*

# DESIGNATIO LECTIONUM
## Pro Quarto Ordine.

| Mane. 1. | 2. | 3. | | A Prandio. 1. | 2. | 3. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Evangelium utraq; lingua deſcriptum exhibetur, & è Latino ſentẽtia memoriter recitatur | Ex dicta ſentẽtia Evãgelica exempla Declinationum & Conjugationum deſumuntur. | Pars Compendii Helvvigii recitatur, nova exponitur cum argumentulo. | Die Lunæ. | Verſus unus aut alter Pſalmi deſcripti exhibentur & recitantur. | Paradigma qvoddam Donati recitatur. | Sententia Helvvigii una deſcribitur cum voculis tribus memoriæ mandandis. |
| Sententia propoſita memoriter recitatur. | Pueri in declinando & conjugando ex ſententia dicta exercentur. | Compẽdium expoſitum memoriter recitatur cum argumentulo. | Martis. | Ex Dial. Herdenii formula una recitatur & examinatur. | Paradigma Donati recitatur. | Sententia una ut pridie tractatur cum tribus voculis. |
| Sententia antea propoſita recitatur. | Themata ex eadem ſententia formantur. | Recitatur Cõpendium & argumentulum proponitur. | Mercurii | Formula ex d. Dial. recitatur & examinatur | Paradigma Douati recitatur. | Sententia una tractatur cum tribus voculis. |
| Sẽtẽtiæ prius propoſitæ, deſcriptæ exhibentur & recitantur | Pars q̃dam ex Catechiſmo Lutheri Germanico recitatur. | Pſalmi Germanici verſus deſcribuntur. | Jovis. | Feriæ. | Scriptio exercetur. | Feriæ. |
| Verſus Pſalmi ſcripti exhibẽtur & recitantur. | Certamen qvoad Donatum inſtituitur | Cõpendium Helvvigii cum argumentulo | Veneris | Formula ex d. Colloq. recitatur & examinatur. | Certamẽ qvoad Nomenclaturam | Sententia tractatur cum tribus voculis. |
| Evangelium Germanicum recitatur. | Pars Catechiſmi Lutheri Latini recitatur, & nova proponitur. | Latinum Evangelium exponitur & verſus recitatur. | Sabbati. | Feriæ. | Scriptio exercetur. | Feriæ. |
| Hora Octava qva Concio publica habetur, Pueri hujus, ut & cæterorum inferiorum ordinum ad exercitia pietatis conſueta conveniunt. | | | Solis | Omnes ſacris Eccleſiæ precibus veſpertinis in templo intereſſe jubentur. | | |

## QVOAD ORDINEM QVINTUM.

*FINIS eſt ima Pietatis & linguarum jacere fundamenta, & unà manum in ſcribendo exercere.*

*MEDIA quoad Pietatem: Pſalmorum, Evangeliorum, Catechismi &c. recitatio, & Precum veſpertinarum debita frequentatio.*

*Hinc: Pſalmi Davidis, Evangelia, Catechismus Lutheri } frequenter hîc tractantur.*

*Quoad SCRIBENDVM:*

*Quotidianæ Exercitationes.*

*Quoad LINGUAS:*

*Donatus.*

*Sententiæ.*

*Nomenclatura.*

*Jam DE MODO ADHIBENDORVM MEDIORVM.*

*1. Evangelium Germanicum tantùm recitetur.*

*2. Singulis diebus ex Nomenclatura ſex voculæ ediſcendæ pueris tradantur, ita ut manè Tres, à prandio iterum tres proponantur.*

*3. Die certo, ut Deſignatio oſtendet, & quoad di-*

ctas voculas, & quoad Donatum certamina inſtituantur. Modo, quo de dictum ſupra.

4. In ediſcendo ſive Donato, ſive Catechismo, ſive Pſalmo multitudine non obruantur pueri.

5. Omnia, quæ ediſcenda, ſiquidem Latina fuerint, priùs Germanicè exponantur.

6. In Scriptione rectitudo lineolarum accuratè obſervetur.

7. In recitatione vox & pronunciatio rectè dirigatur, ne aut celeritate, aut diſſonantia aliqua, aut vocis aſperitate peccent.

--- à teneris aſſueſcere multum eſt.

*Hiſce ſic ordinatis hæc emerget Lectionum*
*pro Quinto Ordine*
*ſeries.*

# DESIGNATIO LECTIONUM
## pro Quinto Ordine.

| Mane. 1. | 2. | 3. | | A Prandio. 1. | 2. | 3. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Evangelium Germanicū recitatur, & deſcriptum exhibetur. | Paradigma Donati recitatur. | Epiſtola Dominicalis recitatur cum tribus voculis. | Die Lunæ. | Verſus Pſalmi præſcripti recitātur. | Paradigma Donati recitatur. | Sententia præſcribitur & exponitur cum tribus voculis adjectis. |
| Sententia recitatur. | Paradigma Donati recitatur. | Præſcripta Evangelii Latini pars deſcribitur cum tribus voculis. | Martis. | Deſcripta d. Evangelii pars legitur. | Paradigma Donati recitatur. | Sententia exponitur cum tribus voculis. |
| Sententia recitatur. | Paradigma Donati recitatur. | Altera Evangelii Latini pars deſcribitur, & tres voculæ ediſcuntur. | Mercurii | Deſcripta d. Evangelii pars legitur. | Paradigma Donati recitatur. | Sententia exponitur cum tribus voculis. |
| Sententiæ prædictæ recitantur. | Pars Catechiſmi Germanici recitatur. | Epiſtola Germanica legitur. | Jovis. | Feriæ. | Scriptio exercetur. | Feriæ. |
| Pſalmus recitatur, & ſcriptus exhibetur. | Certamen quoad Donatum. | Ultima pars, Evangelii deſcribitur. | Veneris | Deſcripta d. Evangelii pars legitur | Certamen quoad Nomenclaturam. | Sententia exponitur cum tribus voculis. |
| Sententia recitatur. | Pars Catechiſmi recitatur. | Evangelium Germanicum legitur. | Sabbati. | Feriæ. | Scriptio exercetur | Feriæ. |
| | Conveniunt diſcipuli ad pietatis exercitia. | | Solis | Omnibus intereſſe precibus veſpertinis jubentur. | | |

## QVOAD ORDINEM SEXTUM.

*FINIS inſima & prima Pietatis, Lectionis, Scriptionis, & Linguæ Latinæ collocare fundamenta.*

*MEDIA quoad PIETATEM, Precum frequens recitatio, & Lectionum attenta conſideratio, quæ hîc ſunt: Evangelium Germanicum.*

*Catechiſmus Germanicus.*

*Quoad Lectionem & Scriptionem: Crebra exercitatio.*

*Quoad Linguam: Vocularum quarundam ex Nomenclatura recitatio & annotatio.*

*DE MODO ADHIBENDORUM MEDIORUM conſtat ex ſupradictis. Illa enim ſi & hîc eo adhibebuntur, qui ſupra præſcriptus, modò non pœnitebit. Hinc pro hoc Ordine Operarum hæc futura eſt facies.*

DESI-

# DESIGNATIO OPERARUM
## pro Sexto Ordine.

| Mane. 1. | 2. | 3. | | A Prandio. 1. | 2. | 3. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Evangelinm Germanicũ à majoribus recitatur | Legitur. | Sententia deſcribitur. | Lunæ. | Pars Evã-gelii Latini ſcribitur. | Legitur. | Tres voculæ recitantur. |
| Legitur. | Legitur. | Scribitur. | Martis. | Legitur. | Legitur. | Tres voculæ recitantur. |
| Legitur. | Legitur. | Scribitur. | Mercurii | Legitur. | Legitur. | Tres voculæ recitantur. |
| Legitur. | Legitur. | Scribitur. | Jovis. | Feriæ. | | |
| Legitur Germanicum Evangelium. | Certamen quoadvoculas inſtituitur | Scribitur. | Veneris | Legitur. | Legitur. | Tres voculæ recitantur. |
| Legitur. | Scribitur. | Catechiſmus Lutheri Germanicus ſine explicatione recitatur | Sabbati. | Feriæ. | | |
| Preces conſuetæ matutinæ. | | | Solis. | Preces conſuetæ veſpertinæ. | | |

# II. DE SCHOLA NEAPOLITANA.
## QVOAD ORDINEM PRIMUM & SECUNDUM.

*FINIS hîc eſt Pietatis, Linguarum, & artium nonnullarum initia mediocriter percipere.*

*MEDIA quoad Pietatem, Concionum & Precum ordinariarum frequens auſcultatio, & Lectionum ſacrarum diligens annotatio.*

*Illæ pro captu diſcentium*

*hîc ſunt: Evangelium* { *Germanicum.* / *Latinum.* / *Græcum.* }

*Catechiſmus Lutheri* { *Germanicus.* / *Latinus.* }

*Quoad LINGVAS:*

*Compendium Seidelii.*

*Compendium Græcum.*

*Nomenclatura.*

*Colloquia Mart. Corderii.*

*Ethica Helwigii.*

*Quoad ARTES:*

*Arithmetica—.*

*Muſica—.*

*Jam* DE MODO ADHIBENDORVM ISTORVM MEDIORVM *paucis:*

*I. Colloquia Corderii & Ethica Helwigii diligenter d. horis inculcentur.*

*Sed ita: 1. Exponatur lineola una aut altera—.*

*2. Expoſita Grammaticè excutiatur.*

*3. Ad imitationē ꝑſcribatur materia argumentuli.*

*4. Hæc elaborata & Latinè verſa Præceptori offeratur.*

*5. Præceptor eandem accuratè perlegat, & non tantùm, ſed & Germanica corrigat, ſi quæ ibi corrigenda occurrent.*

*6. Imprimis accuratè & hoc obſervet, ut pueri quæ ſcripta certis punctis, commatibus &c. rectè diſtinguant. Hoc enim quantum ad rectam dictorum & ſcriptorum intelligentiam faciat, vel quivis experietur.*

*II. Paucula illa, quæ ex Ethica Helwigii die priore propoſita, à pueris ordinario iſtius horæ 7. memoriter recitentur, qui & hîc occaſione iſtarum vocularū mox hanc mox aliam Grāmaticæ partē repetendo percurret.*

*III. Ex Nomenclatura—nova—tres voculæ*

*ſub finem Lectionis, eo die, quem oſtendit ſpecialis Deſignatio, ediſcendæ injungantur, quæ & in certamine, quod inſtituetur, omnes repetentur.*

*IV. Ex Evangelio Latino ſententia aliqua inſignior excerpatur, quæ prius expoſita, poſt diſcipulis ediſcenda, & memoriter recitanda præfigatur.*

*V. Et ſummatim Lectiones omnes ſint breves, ne ejusmodi ingenia tenellula nimia ediſcendorum copia obruantur, & tandem etiam in medio curſu, quandoq; etiam in principiis deficiant, & planè collabaſcant.*

*Hisce ſic ordinatis Lectionum pro primo & ſecundo Ordine, qui ſemper hîc conjunguntur, hæc emerget facies & ſeries.*

DESI-

# DESIGNATIO LECTIONUM
## pro Primo & Secundo Ordine.

| Mane. 1. | 2. | 3. | | A Prandio. 1. | 2. | 3. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Ab Ordinario hac hora ſeptimâ Præcepta Ethices priora peractis precibus excutiuntur. | Grammatica quoad Etymologiam exercetur. | Colloquia Corderii cum ſcriptulo & tribus voculis. | Die Lunæ. | Catechiſmus Lutheri. | Grammatica quoad Syntaxin. | Ethica Helvvigii cum ſcriptulo & tribus voculis. |
| | Grammatica quoad Etymologiam. | Colloquia cum ſcriptulo & tribus voculis. | Martis. | Evangelium Germanicum & Latinū deſcriptum legitur. | Grammatica quoad Syntaxin. | Ethica cum ſcriptulo & tribus voculis. |
| | Grammatica quoad Etymologiam. | Colloquia cum ſcriptulo & tribus voculis | Mercurii | Grammatica quoad Proſodiam. | Muſica. | Ethica cum ſcriptulo & tribus voculis. |
| | Grammatica quoad Etymologiam | Arithmetica cum tribus voculis. | Jovis. | Feriæ. | | |
| | Certamen quoad Grāmaticam mutatis vicibus. | Compendium Græcum cum tribus voculis. | Veneris | Muſica. | Certamen quoad Nomenclaturam. | Ethica cum ſcriptulo & tribus voculis. |
| | Evangelium Græcum & Latinum | Catechiſmus Latinus & Germanicus. | Sabbati. | Preces. | | |
| Muſica in Templo exercetur. | | | Solis | Preces. | | |

## QVOAD ORDINEM TERTIVM & QVARTVM.

*FINIS hic eſt Pietatis & Linguæ Latinæ infima jacere fundamenta, & in ſcribendo dexteritatem adiſcere.*

*MEDIA quoad Pietatem, Concionum & Precum frequens inviſitatio, & Lectionum ſacrarum attenta meditatio.*

*Quæ hîc ſunt:*

*Evangelium.*

*Catechiſmus.*

*Quoad Linguam Latinam:*

*Donatus.*

*Gnomæ Helwigii.*

*Nomenclatura.*

*Quoad dexteritatem in ſcribendo:*

*Frequentiſsima exercitatio.*

*Jam* DE MODO ADHIBENDORVM ISTORVM MEDIORVM.

*1. Evangelio Latino ediſcendo pueri non macerentur: Sed, ſi omninò & hîc conſuetudini inveteratæ aliquid dandum, Sententiola ex illo excerpatur, & pueris ediſcenda præſcribatur.*

2. In

2. *In Scriptione non tantùm Latina, ſed vel maximè etiam Germanica urgeantur, & ut lineolas rectè ducant, literas benè pingant, frequenter doceantur.*

3. *Nomenclatura nova diligenter inculcetur, ut hinc pueri copiam vocabulorum ſingulorum ſibi comparent.*

4. *Sed antequam ediſcantur, declinentur aut conjugentur illa, ut ſic ſæpius verſa ſua ſponte memoriæ imprimantur.*

5. *In recitatione* ταχυγλωττία *& nimia præcipitantia ſedulò inhibeatur. Et ſi quæ ſupra monita, illa pro loco & tempore hîc accommodentur.*

*Hiſce ſic expeditis pro Tertio & Quarto Ordine hæc Lectionum emerget facies & ſeries.*

DESI.

# DESIGNATIO LECTIONUM
## pro Tertio & Quarto Ordine.

| Mane. 1. | 2. | 3. | | A Prandio. 1. | 2. | 3. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Catechiſmꝰ Lutheri, & Decalogus, & Dictum ex ſacris proponitur. | Evangelium Latinum deſcriptum exhibetur, & Donatus legitur. | Donatus legitur, Declinationes & Cōjugationes recitātur cum tribꝰ voculis. | Die Lunæ. | Declinationes recitantur, & ſcripta inſpiciuntur | Declinatur & legentes audiuntur. | Gnomæ Helvvigii proponuntur cum tribus voculis. |
| Decalogus & Symbolum Apoſtolicum recitatur. | Donatus legitur. | Declinatur cum tribus voculis. | Martis. | Declinationes recitantur, & ſcripta inſpiciuntur. | Declinatur, & legentes audiuntur | Gnomæ Helvvigii cum tribus voculis. |
| Oratio Dominica & benedictio menſæ recitatur | Donatus legitur. | Declinatur cum tribus voculis. | Mercurii | Declinationes recitantur, & ſcripta inſpiciuntur. | Declinatur, & legentes audiuntur. | Gnomæ Hevvligii cum tribus voculis. |
| De Baptiſmo & abſolutione doctrina recitatur. | Epiſtola Latina legitur, & deſcripta exhibetur. | Catechiſmus Germanicus cum explicatiōe recitatur cum tribus voculis. | Jovis. | Feriæ. | | |
| De Cœna Domini doctrina recitatur. | Evangelii ſententia recitatur, & Donatus legitur. | Legitur Donatus, & declinatur cum tribus voculis. | Veneris | Declinationes recitantur, & ſcripta inſpiciuntur. | Certamen quoad Nomenclaturam. | Gnomæ Helvvigii cum tribus voculis. |
| Doctrina Catechiſmi de gratiarum actione recitatur. | Evangelium & Epiſtola Germanica leguntur. | Catechiſmus recitatur cum tribus voculis. | Sabbati. | | Preces veſpertinæ. | |
| | Concio ſacra. | | Solis. | | Preces veſpertinæ & Catechetica recitatio publica. | |

QVOAD ORDINEM QVINTVM ET SEXTVM.

*FINIS, Pietas, Lectio & Scriptio congrua.*

*MEDIA: Quoad Pietatem: Catechiſmus quoad Lectionem & Scriptionem, creberrima exercitatio.*

*Jam* DE MODO ADHIBENDORUM MEDIORUM.

1. *Paucula ſemel recitentur.*
2. *In Lectione vox legentis ad commodum tonum dirigatur.*
3. *Jn ſcribendo manus etiam quandoq; ducatur.*
4. *Exemplaria, ad quæ ſua efforment, mundè & rectè præſcribantur.*
5. *Voculæ & hîc ediſcendæ maturè inculcentur.*
6. *Sæpiùs repetantur.*
7. *Et ſummatim: Omnia quæ boni & ſeduli ſunt Præceptoris, diligenter expediantur & peragantur.*

*Hiſce & aliis expenſis pro hiſce Ordinibus inferioribus Operarum hæc erit diſtributio.*

DESI-

# DESIGNATIO OPERARUM pro Quinto & Sexto Ordine.

| Mane. 1. | 2. | 3. | | A Prandio. 1. | 2. | 3. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Decalogus recitatur. | Legitur. | Legitur cum repetitis voculis. | Die Lunę | Legitur & ſcribitur. | Legitur & ſcribitur. | Legitur & ſcribitur cum tribus voculis. |
| Symbolum Apoſtolicũ recitatur. | Legitur. | Legitur cum repetitis voculis. | Martis. | Legitur & ſcribitur. | Legitur & ſcribitur. | Legitur & ſcribitur cum tribus voculis. |
| Oratio Dominica recitatur. | Legitur. | Legitur cum repetitis voculis. | Mercurii. | Legitur & ſcribitur. | Legitur & ſcribitur. | Legitur & ſcribitur cum tribus voculis. |
| Doctrina de Baptiſmo & abſolutione recitatur. | Legitur. | Legitur cum tribus voculis recitatis. | Jovis. | | Feriæ. | |
| Doctrina de Cœna Domini recitatur. | Legitur. | Legitur cum tribus voculis recitatis. | Veneris | Legitur & ſcribitur. | Legitur & ſcribitur. | Legitur & ſcribitur. |
| Doctrina de Gratiarum actione mẽſali recitatur. | Legitur. | Legitur. | Sabbati. | | Pſalmodia inſtituitur. | |
| Hieme poſt decantatas cantilenas in Templo, pueri in Xenodochio ad D. Bernhardinum conveniunt, ubi legitur explicatio Evangelii, ex Poſtilla Lutheri vel Gigantis, & Catechiſmus recitatur. | | | Solis | | Pſalmodia inſtituitur. | |

*--- Si quid noviſti rectius illis,*

*candidus imperti. Si non: His utere mecum.*

FINIS LECTIONUM.

Biblioteka Śląska

A. GALEWSKI
Księgarz
Katowice
Piłsudskiego

Biblioteka Śląska
3688 | I
Starodruki
kdd — 913/65 — 50 000 szt.
OPAC